



Pavli Antonii SS. Th. D. Et P. P. Observationes Theologicae De Conversione Samaritanorum Ad Christianismvm : ex historia colloquii Samaritani loh. IV, 1 - 43. petitæ, publicæ olim disquisitioni A. M. DC. XCVI. m. Oct. submissæ

Nunc quartum excusæ & vltimo auctæ, subiunctis etiam quibusdam notulis Apologeticis. A. M. DCC. XIII. mense Mart., Halæ Magdeburgicæ: Typis Christoph. Andreæ Zeitleri, [1713?]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn876295154>

Druck Freier  Zugang





a. B.
48. 6. 8. 11. 68#

1. Breithauptii *Disertal: I. de Perfectione Partium*

Ejurdem *observat: Theologicus de Hæresi
disert: de Incrementis in Doro et Nalo
in unguentis Lichtscheidii.
de Nervi: Pelagianismi.*

*Animadversiones selectæ ex Actibus probatissimis ad denuo
quorundam opinionem in ecclesia refutandas.*

*Exercitatio exegetica in Epistolam S. Pauli in Titum.
de vera Dei verum Sacramta Notitia*

2. Antonii *Exercitatio Theologica de Redemptione Christi per Lytra.*

Ejurdem *Meditatio Theologica de communiæ Divina propagatione
religionis christiane sub cruce.*

3. Breithauptii *ἑποτάτωρ ἱσπίροντωρ ἁγίωρ J: Forma Sanctorum
Ejurdem disertal: de concubitu a Christo verborum.
et Apopetis prohibito.*

Disertatio II de Perfectione Partium.

*Observationum Theologicarum ex Conventibus B. Lutheri in
Galatas Exercitationes X.*

*Disertatio Syncretisâ Adami primi et Secundi
ex dicto 2 Cor: v. 21. exhibens. in unguentis
Observationes Theologicæ de Imagine Dei
de Notis candidiorum S. Mûnsterii
de Nexu communionis nuptæ cum Deo
in unguentis Zieroldi.*

de Angelis in Matth: XVIII. 10. in unguentis Bayeri

*de Myserio unionis fidelium cum Deo et Christo
in unguentis.*

de precum christianaum veritate

de Vocatione primaria et secundaria

de Vita Christi in fidelibus in galat: II. 20.

*περ το τῆς νεσβίας πνευματοσ J: de Ado,
ptionis spiritu. in unguentis Meuseri.*

176
Ja-1092(68)

Breitkampff Animadvagationes exegeticae dogmatico-practicae
in Epistolam S. Pauli ad Galatas.
de Indis Theologicis, in argumentis Lyfii.
Animadvagationes exegeticae dogmatico-practicae
in Epistolam S. Pauli ad Philippenses.
Antonii Trubatus Theologicus de Natura et gratia in Materia
de virtutibus.
Observationes Theologicae de conversione Samaritanorum
ad Christianismum ex Joh: 1V.
de infirmi haerensia fidei, quae iustificat et quatenus
iustificare dicitur ex libris Symbolicis.
de Superstitione iulibet pontificii imperii Bullae unigenae
Innocentii XII. in argumentis de Lith.
Trubatus theologicus - Metaphis de genuino principio
christianismum.
Scribitur historica - Theologica in varia Rationalismi
et Rationalismi capita.
de Estimazione rationis humanae theologicae.
de Libertate christiana Aphorismi Evangelicis
de Pathos Lutheri Animadvagationes historico-theologicae
advocata Cardinal: Pallavicinum et alios historiographos.
de odio poenitentiarii.
Prologum Repetitivum Joh: Theol: S. Chemnitii
de Ostra Mali hujus profundissimi in homine receptio
Aphorismi theologici.
Speculegium historico-ecclesiasticum ex Praefat: S. Lutheri
in libros veteri Testamenti.
Consideratio theologica contritionis salutariae.
de Autoritate Ecclesiae, quae Mater est, positiones
theologicae ex Joh: 11. 2.
Dissertatio de qualitate fundamentorum.
Bona Meditationum biblicarum, una de Immanuele
ex Math: 1. 18. altera de Iacobus Liden
libris confitentibus constituta ex Joh: 11. 2.
Exercitio historico-theologica de vita Harmonis
Episcopi Huldbrandiensis.

Verte

Antonii Dissertatio de Spiritu Modestationis occasione
dicti 2. Timoth: 1. 7.

veritas christianae Religionis ipsius iudicium
obstructionibus confirmata expeditur.

Breithaupti Theses Theologicae de Mysterio crucis
et utraque epistola ad Corinth: potissimum derivatae

Antonii de quodam fidelium

PAVLI ANTONII
SS. TH. D. ET P. P.
OBSERVATIONES THEOLOGICAE
DE
CONVERSIONE
SAMARITANORVM
AD CHRISTIANISMVM,
ex historia colloquii Samaritani

Iob. IV, 1--43. petita,
publicæ olim disquisitioni

A. M. DC. XCVI. m. Oß.

submissæ,

Nunc quartum excusæ & ultimo auctæ, subiunctis etiam quibusdam notulis
APOLOGETICIS.

A. M. DCC. XIII. mense Mart.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
Typis CHRISTOPH. ANDRÆÆ ZEITLERI, Acad. Typ.

PAVLI ANTONII
OBSERVATIONES THEOLOGICAE

CONVERSIONE
SAMARITANORUM

AD CHRISTIANAM
FIDEM


EX HISTORIA COLLEGI
SARAVANORUM

REDACTA A
CHRISTOPHORO SERRA



IN NOMINE SS. TRINITATIS!

§. I.



Acturi de *conversione* Samaritanorum ad fidem *Jesu Christi*, dirigemus observationes nostras ad duos præcipue locos Theologicos, L. de *Christo*, & L. de *conversione*, tum quoad credenda, tum & agenda. In iis de *Christo*, respiciemus simul ad quæstiones, quæ intercedunt nobis cum *V-*

nitariis, publicis tum, cum hæ observationes primum prodirent, lectionibus euolutas. Per *conversionem* vero, nullam intelligimus aliam, quam *conversionem cordis*, quæ fit virtute verbi in *penitentia ad fidem Jesu Christi*, sensu scilicet biblico, qualis est *Matth. XXI, 32. Ezech. XXXIII, 11. Act. XXVI, 18. 28. sq. 1. Thess. I, 9. 10. 1. Petr. II, 25. IV, 15. Deut. IV, 30. Es. LIX, 20. Hos. III, 5*; remota hinc prorsus significatione illa catachrestica, quæ vulgo hodiernum circa *conversionis & conversorum* nomen vix aliter versantur, ac *Pharisæi olim & Scribæ circa proselytos. Matth. XXIII, 15. confer 1 Cor. I, 12. Apoc. XIII, 16. 17. Act. XIX, 15. Matth. VII, 22. 23. & de Samaritis*, (qui quosvis, propter scelera fugientes ex *Judæa*, frivole receperint) si placet, *Josephum lege I. XI. Antiqu.*

§. 2. Ordiamur igitur a principio, h. e. a secessu *Chri-*

A 2

fili ex Judæa in Galilæam per Samariam v. 1. 2. 34. quem secessum conuertendis extraneis, iisque Samaritanis, destinatum fuisse cœlesti consilio, patet inter alia ex v. 34. Venit ergo Saluator mundi, instar viatoris humani, prope oppidum Samariæ Sichar v. 5. erat ibidem fons, Jacobi nomine illustris, ad quem Jesus confidebat, & quasi procebat, fessus de via quam maxime v. 6. famelicus v. 8. 33. ferioque petens præ siti haustum aquæ ab Samaritana muliere v. 7. 8. cuius ad fontem aduentum non minus iam diuina singulariter regebat manus. (Gen. XXIV, 11. seq. 62.

Pl. XXII, 1. §. 3. Adeo Christus iam tum, neque demum morti cum 11. 27. 28. esset proximus, inuentus fuit, tanquam homo quiuis ali- 2 Cor. VIII us, & forma serui dudum assumpta demisit semetipsum, 9. XIII, 4. obediens & abhinc factus usque ad mortem, nec rapinam Joh. XIX, arbitratus τὸ εἶναι ἰσα ἰσῶν. Phil. II, 6. 7. 8.

28. coll. §. 4. Quod vero Christus, cum sitiens mulieri dixit, XIII, 3-13. da mihi bibere v. 7. simul intenderit explorare mulieris animum, eiusque sensa animi prouocare, progressus probat historiæ & colloquii. confer. Job. VI, 6. Exod. XVI, 4. Deut. VIII, 2. quo respectu nonnulli verba Christi sitientis, da mihi bibere, ad usum transferunt spirituales, seu affectum cordis, quem utique abs homine expetit diuina sapientia. Prov. XXIII, 26. 2 Cor. V, 20. 19. Apoc. III, 20. 15. Cant. V, 2. (Gen. XXIV, 13. seq.) Diuina sape subsunt, vbi tale quid homo non cogitat, & sollicitat Christus corda quauis, vt videri possit, occasiuncula. Gen. XVIII, 1. seq. XIX, 2. seq. coll. Ebr. XIII, 2. Gen. XXVIII, 16. coll. Sap. VII, 12. Prov. I, 20. 21. VIII, 1. Matth. XXV, 35. 37. 40. Marc. IX, 41. Luc. XVI, 10.

§. 5. Prodeunt hinc continua quadam serie præiudicia mulieris, dum ea fuit adhuc absque insigni morfu confici-

cientiæ, & absque vera agnitione peccatorum v. 19. 29. 39.
 Quæ otiosa præiudicia exempli causa consignauit Johan-
 nes ordine. Primum v. 9. Secundum v. 11. 12. Tertium v.
 15. Quartam v. 20.

§. 6. Prima atque primaria animi præoccupatio sita
 est in *schismate*, si loqui sic licet, *nationali*, seu separatio-
 ne *populorum*, religionis causa, qui sit, vt tu *IVDÆVS* a me
muliere SAMARITANA potum petas? non enim habent *IV-*
DEI cum *SAMARITANIS* commercium. v. 9. 20. Quo
 pertinent quodammodo loca *Esth. III, 8. fragm. de drac.*
Babel v. 27. 2 Macc. XIV, 6. 8. 10. XV, 15. 21. 24. Es. IX, 21. XI,
13. Matth. v. 43. XII, 7. Luc. IX, 52. 53. Job. VII, 35. VIII, 48.
XVIII, 28. Act. X, 28. XXI, 28. Rom. II, 8. 17. 28. III, 29. 9. 23.
X, 12. XV, 6. 12. Gal. II, 14. III, 28. V, 6. VI, 15. 1. Theff. II, 15.
3 Job. v. 10.

§. 7. De Samaritanismo ipso ex v. 22. sequetur infra
 §. 44. quis enim bonus circa diuinas res indulgere huma-
 nis affectibus valeat? At vero dolendum vehementer, se-
 ri passim ex hoc ipso fonte falsas opiniones de *conuersione*;
 & prætextu *sacrorum*, turbata omni humanitate ac fide,
 hæreditaria sæpe fieri & ad posteros tradi *odia*, in igno-
 tos etiam, nec vnquam exploratos, atque ita iure quasi
 diuino, vel sacro iure gentium, & sub titulo iuris sacro-
 rum, *bellum feruere omnium in omnes*. Quæ animorum
 gentiumue dissidia mutua qui fouet pertinaciter, absit, vt
 Christi bono Spiritu regi, aut velle animarum salutem,
 dicendus sit! *Luc. IX, 55. 56. Rom. II, 8. 9. Jac. III, 14. seq.*
Jer. XXIII, 27. ne de Iudaismo ac Pharisæismo dicam, in-
 cidit is ipse sponte in fœdissimum illum Samaritanismum,
 quo de *Luc. IX, 52. seq. Amos VI, 1. VIII, 14.* & passim in di-
 uinis literis legitur. Aliter sane in domo Dei versaban-
 tur SS. Apostoli, nullis parcentes laboribus, vt, qui e Ju-
 dæis

dæis & gentilibus ad fidem Christi fuerant conuerſi, de-
 posito hoc fermento Satanzæ, conciliatisque vere inuicem
 credentium animis, vere se ad Christum *conuerſos* ex ve-
 ris *fundamentis* probarent. Legatur post epistolam S. Pau-
 li ad Romanos, illa præcipue, quæ est ad Ephesios. I-
 terum vero hic, iterumque rogamus B. L. vt huc confe-
 ratur theſis noſtra quadrageſima quarta, nec non (vnius
 ſaltem exempli loco) dilqu. *de qualitate fundamentorum*,
 ubi & paſſim de principiis veræ & falſæ *dependentiæ* in
 cauſa *religionis*.

§. 8. Quid ipſe Saluator hoc loco? mittit is, hæte-
 nus quidem, expreſſam cenſuram, cum agendum ipſi ef-
 ſet cum ſimpliciore & patriis moribus imbuta fœmina,
 ſalua tamen veritate; (§. 47.) conuertitque ſeſe ſtatim ad
rem ipſam offerendam quantocius, pro cœleſti ſua ſapien-
 tia & bonitate, *ſi Dei donum*, inquiring, *intelligeres*, & *quis*
ſit, qui dicit tibi: *da mihi bibere: tu*, ipſa licet Samaritana,
ab eo ipſo, quem Judæum vocas, & haud dubie Judæum
 vulgarem exiſtimas, *petiſſes* potius, nihil attendens ad i-
 ſtas nationum lites, *tibiſque & ipſe dediſſet* protinus, qui &
 hucusque nunc ad dandam petenti paratus eſt, *aquam vi-
 uam*. v. 10.

§. 9. Nimirum admonet ipſam calamitoſæ (potius,
 quam proſus malitioſæ ſeu moroſæ, vt *Matth. XII, 7.*) *i-
 gnorantiæ* in bonis vere ſpiritualibus & *euangelicis*. Ex
 qua detectus *preſentium* ſpiritualium, & *ſchismatis* ignaua nu-
 tritio. Sed arguit paulo ſecretius: ſed blande adhuc ar-
 guit ac leniter, ex ineffabili ac profunda longanimitate:
 ſed ira, vt meliora quæque in poſterum præſumat, ejus-
 que *defectum*, *ſuis* loco, veluti *interpretetur*. *Sir. LI, 32.*
Ab. XVI, 9. Deut. XVIII, 16. Ef. LI, 5. LX, 9. Ita reſpondet,
 vt ſuauiſſe alliciat conuertendam ad doni Dei *notitiam*
 (abs-

(absque qua nulla conuersio, nulla inuocatio. Rom. X, 14. seq.) & vt ipsa disceret mouere quaestionem; quis ipse sit, quis sit illud donum Dei, quis sit salus & saluator mundi? v. 22. 42. Hæc Christus summam primam vice, magis nunc euangelice, quam legaliter v. 10. 14. prima scilicet facie. Deinde & stimulo legis directius ac apertius pungit conscientiam, magisque tempestiue vrget ad agnitionem peccati & ignorantiae v. 18. 22. 29. 39. Varie enim in conuertendis animabus temperandus est vsus legis ac euangelii; qualis sapientia applicatrix, corona est *donorum administrantium*, nec proprie competit iis, qui ipsi sunt sine cura animæ suæ.

§. 10. Operæ primum est, principale hoc responsum Christi v. 10. secare, docendi causa, in tria commata, ad percipiendum, quantum satis est, expressum h. l. ac reuelatum ordinem salutis gratiæ. Nam ad punctum quasi mathematicum referre velle singula momenta conuersionis, est supra vires & officium nostrum. (1) *si nossetis Deum donum, & quis sit, qui dicit tibi, da mihi bibere* (2) *tu sane petiisses ab eo.* (3) *& ipse sane dedisset tibi aquam viuam.*

§. 11. Diximus notanter, quod omnium primum sit illud: *si nossetis DONVM DEI &c.* Euangelium enim nobis Deus dono dedit, priusquam pro illo impetrando orauimus, aut illud nobis in animum venit*. *præuenit Deus, intuitu Christi, omnes preces nostras, quas tamen deinde Christus requirit omnino in 2 commate; præuenit oblata doni sui notitia, quæ ita se habet, vt semetipsum commendat sermo Dei, omni iure credendus, & omni re-ceptione dignus. 1 Tim. I, 15. seq. Tit. III, 8. 6. 1 Joh. V, 10. 1 Petri II, 3. 2. Hæc gratia præcedit, vt sit munus largientis** 1 Joh. IV, 10. 19. neque vel tantillum debeatur nostris præcedentibus dispositionibus propriis, qua propriis, aut quo-*

quocunque alio modo inde dependere censeatur *Joh.*
XV. 16.

* *Luth. cat. mai. p. 527.* ** *A. C. p. 17. & apol. p. 62. 133.* Item diff.
nostra de *harmonia fidei* §. 8. in fine. 19. in fine. 26. in fine. 32.
39. in fine. 41. 47.

§. 12. Vult Deus donum suum agnosci & expeti. sed
quoniam *ignoti* nulla cupido est, ideo *offert* & exhibet De-
us donum suum in Christo cognoscendum efficaciter, vt
cupiamus illud donum Dei, seu, quod idem est, *vt pre-*
cemur, vt preces fundere incipiamus. cum quarum au-
gmento & augetur gratia subsequens. Hic finis est obla-
tæ notitiæ. Hoc caput est ordinis, ex quo multo plura
colligi deinceps possunt & expediri.

§. 13. *Id, quod vult intelligi & appetiti, Deus & Christus*
est. *Joh. XVII, 3. Col. II, 2. 3. 2 Thess. II, 16.*

Deus; in spiritali sua natura, cui cultum nostrum
digne conformare in spiritu oportet v. 24. item: in boni-
tate & munificentia sua, qua se Deus sistit singulis, absque
tamen profusione aut prodigalitate proprie sic dicta, in
iustitia & veritate, ac in aliis attributis, Deo essentialibus.
v. 10. 23. 24. *Act. XIV, 15. 17. XVII, 27. 23. seq. Rom. I, 19.*
20. 21.

Apol. A. C.
p. 59. lin. 8
p. 84. lin. 16
p. 85. 493.
516. 711.
715. 720.

Christus; vt *donum Dei*, quod Deus sic amavit mun-
dum, vt *Filium suum unigenitum dederit*, vt, quisquis in
eum credit (ad eum conuertit fide cor suum contritum)
non pereat, sed habeat vitam æternam. *Joh. III, 16. seq. vt*
panis vitæ; de cælo datus, absque quo pereundum nobis.
Joh. VI, 32. 51. 53. vt omnis Dei bonitas, vt totum Dei bo-
num. Exod. XXXIII, 19. vt Deus noster, Immanuel. Es. VII,
14. implorandus, o Immanuel. Es. VIII, 8. 10. IX, 6 XXXV,
4. Matth. I, 23. Apoc. XXI, 3. Hof. III, 5. Non sufficit in*
hoc negotio, siue constituendo, siue excolendo, vt do-

num præcipue (1) tanquam donum, seu antilytron, valiturum vnice in diuino iudicio. (2) tanquam donum, habitaturum in corde iustificatorum. Eph. III, 12. 17. Col. I, 14. 27. Vnde has duas considerandi Christi rationes coniungunt fideliter Apostoli 2 Cor. VIII, 9. 1 Petr. II, 21. 25. III, 18. & ipse D. N. J. C. Matth. XI, 27. seq. Marc. X, 45. Huic dono coniuncta est promissio vitæ æternæ, & hanc promissionem scire ** sanctos oportet. v. 14. 36.

* B. Arndt. l. 4. de V. C. part. 2. c. 5. l. 2. c. 1. L. 3. c. 2. §. 1. L. 1. c. 41. §. 1. Varen. P. 1. pro Arndtio p. 57. 54. 31. 120. 248. Infra §. 55. 51. vbi Arndtius quoque Menzerum amice remittit ad suam repetitionem apologeticam, quæ & in præfatione & ipso statim c. I. 38. Christum vt donum proponit, caput scilicet Christianismi. Idem copiose probat in epistola ad Ducem Brunsvicensem, Augustum iuniorem, A. 1621. d. 28. Ian. Fallitur, addens, optimus vir (D. Cramerus) quod putat me in meis libellis Christum Saluatorem nostrum tantum proposuisse tanquam exemplum, & non tanquam donum. ** Ap. A. C. p. 136. Ignat. ad Smyrn. §. 7. qui contradicunt huic dono Dei, altercantes moriuntur. Spen. Busß Pr. 1. th. p. 97. 108. 112. 75. 194. 183. 272. sq. 291. 401. P. 2. p. 14. (3) 22. 23. sq. 267. 350. sq. 382. (1) 416.

§. 14. Considerationem itaque Christi, prout donum Dei est mere gratuitum & gratiosum, non turbat doctrina ecclesiæ de Christi reconciliatione, merito & satisfactione iudiciali, recte intellecta ex solis sacris litteris. quia ideo datus est, & ipse sese nobis dedit, vt esset pretium redemptionis. Joh. III, 14. 16. VI, 51. 35. 55. 1 Tim. II, 6. Matth. XX, 28. Rom. III, 24. 25. Eph. V, 2. 25. Tit. II, 13. 14. Omnia hæc oracula sistunt Christum, vt donum, & includunt tamen omnia necessariam propitiationem. Vt seruemur ab ira, ipsa Dei caritas interueniens proposuit propitiatorium. Joh. III, 16. 36. Rom. V, 8. 9. 10. (pluribus duo hæc conciliata vi-

de, qui plura cupis, in Speneri libello: *Der Gläubigen ewiges Leben* p. 72. seq. III. seq.) Ac proinde cum docemus de satisfactione Christi, nullo modo & multo minus negamus, salutem nostram esse, nostra ex parte, merum *donum Dei*, & iustitiam Christi imputari nobis *deusd* Rom. III, 25. seq. VI, 23. Ef. LV, 1-7. seq. Nimis autem crasse & carnaliter interpretantur aliqui dogma de *satisfactione*, ac si eo Pater animo *reconciliari* nos sibi in Christo voluerit, quo vindictæ cupidi non acquiescunt prius, quam aliorum dolore ipsorum vindictæ cupidini *satis* fuerit *factum*. Absit enim, ut *eiusmodi satisfactionem* statuatur ecclesia fidelium. Vid. Præf. nostra ad CL. Keimbeck's scriptum de redemptione per lytron.

§. 15. Neque frustra *Christus*, ad excitandam fitim salutaris notitiæ, porro subiungit: *si tu nosse -- quis sit is, qui Sc.* Scilicet non ita nude Christus vocat mulierem ad appetendam notitiam veram doni Dei, sed & ad cognoscendam magnitudinem petentis, *quis, qualis & quantum* ipse sit, qui nihilo secius iam aquæ haustum ab ipsa petat. Immo qui sit deinceps clamaturus in cruce: *fitio. Quis est hic Christus, talis Messias, Filius hominis, quem oporteat supplicio crucis exaltari?* dicat ratio corrupta, Joh. XII, 34 38. 41. Nam nemo nouit, *quis* sit Filius, nisi Pater, & *quis* sit Pater, nisi Filius, & cui Filius voluerit reuelare. Luc. X, 22. Prov. XXX, 4. Adeo donum hoc est natura incomprehensibile, sicque donum in sensu singularissimo & incomparabili, nec ad conceptus nostros vulgares metiendum! Ideo explorans Jesus discipulos Matth. 16. *quem* se dicant homines esse, *quem* ii ipsi v. 13. 15. Petro respondentem: *tu es Christus, Filius Dei viuentis*, beata omnia tribuit v. 16. 17. seq. quia non manabat vis responsi* Petri ex carne & sanguine, aut ex eo, quod dicebant

cebant homines, sed ex reuelatione altissimi Patris coelestis v. 13. 17. 21. 24. Joh. IX, 36. 41. Matth. XXI, 10. 32. XXII, 42. Pf. XXIV, 8. 10.

* Vid. similiter præf. nostra ad Speneri opus integrum de diuinitate I. C. & infra §. 36. 37. Allegatio autem huius loci in *Neumanni theologia aphoristica* P. II. (2) non quadrat ad suum subiectum. Ad quam tamen theologiam hodie sæcis vage prouocari solet, non sine turbatione *discientium*. In quorum proinde gratiam, ne hi in limine statim theologiæ turbentur incongruis scripturæ citationibus, id nostro quoque loco una atque altera vice monere licebit.

§. 16. Ulterius circa primum comma obseruamus, ita offerre Deum dona spiritualia, verbo tum *exhortationis* & disciplinæ, tum *promissionis*, vt non modo sistat ea menti, tanquam *obiecta*, sed & præcipue, vt *afficiat voluntatem*, cognita re, fini supernaturali assequendo idonea. Intenditur vtrobique talis notitia, quæ cum *affectu* sit & *effectu*, vt concipiatur ardor in conuertendis, seu ardens sitis gratiæ. Cumque intima nostra sic constructa sint diuinitus, vt exuberent desideriis: hinc Deus aggreditur, verbo disciplinæ æque & exhortationis, ac verbo promissionis, hominis cor, intellectum & voluntatem, omniaque tentando, penetrat cordis intima, vt ante omnia per solidam *notitiam* ex verbo reuelato redigantur in ordinem ista nostra cordis desideria.

§. 17. Tendit quippe omne desiderium per se ad bonum & pacem cordis, pro modulo notitiæ: atque ideo oportet intelligi solide, quid sit reuera bonum? Quæ *τα προς ειρήνην*? Luc. XIX, 42. Naturaliter hodie nullus digne percipit donum Dei. 1 Cor. II, 14. prohibere tamen homo nequit, ne Deus dona salutis offerat, & primos motus gratiæ pullantis sentiri vere faciat. qui misericors Pater & *singulis* sese offert serio, ac per sanctum suum

Spiritum commouentem ipsi *cordi* incubat, sensu exhortationis ac promissionis diuinæ sufficientissimo. Hiob XXXIII, 16-29. 30. Act. XVII, 30. 31. Rom. I, 16. 19. X, 8.

§. 18. Quod *salua sua sanctitate & iustitia* potest Deus lapsis sponte hominibus *denuo* aperire notitiam salutis, & bibendum exhibere potum salutis; quodque peccator capax *reddi* potest concipiendæ fidei, ac sentiendorum & admittendorum motuum gratiæ: id quidem omne fit *intuitu mediatoris* J. C. v. 10. in quo fundatur omnis benedictio. Joh. I, 9. 12. Col. I, 16. 17. Eph. V, 14. Luc. I, 77.

§. 19. Potest tamen resistere homo, ne bibat vel imbibat, quod bibendum præbatur. Act. VII, 51. 28. seq. Ebr. VI, 7. 8. potest non petere, potest respuere oblatam Dei notitiam, quia Deus cœlestia beneficia inuitis manentibus haudquaquam obtrudit. Matth. XIII, 12. 19. Marc. IV, 15. 24. seq. Luc. XI, 35. Hiob. XXXIII, 27. 29. Sir. XXXI, 10. XXI, 22. 27. Sic Samaritana poterat non intelligere, non velle, non petere donum Dei: sed, vt posset velletque intelligere, & ex cognitione petere id decenter, quod non est in naturali potestate hominis, ideo Christi porta gratiæ patet, *vena patens* Zach. XIII, 1. Rom. V, 15. 21. Ef. LV, 1. Joh. VII, 37. qui ad ipsam portam, verbo promissionis & exultationis, admiscet salubriter verbum aliquod pudæfactionis: *si tu nosse*. nam nec euangelio aut notitiæ euangelii locus est absque cognitione *sui ipsius*. Ef. XLVIII, 8. LV, 2. Sir. LI, 27. Dan. IX, 8. 13. Joh. XVI, 24. Eo quidem sensu, quo *nosse Christum* hodie vulgo accipitur, Christum tum forsau non ignoravit plane Samaritana mulier, vt colligere licet ex v. 29. Verum enim vero S. Scripturæ stilo illa demum vera reputatur Christi notitia, qua *in spiritu & veritate* (v. 23.) cum agnitione misericordiæ

seriæ nostræ spiritualis, agnoscimus humillime magnitudinem immeritæ gratiæ in Christo, vnde oriuntur preces ardentissimæ, & totius cordis nostri ad donatam agnitamque salutem tantam, velut ad vnicum scopum, directio. 1. Joh. II, 2. 3. seq. III, 6. IV, 8. Matth. XIII, 15. 19. Act. XIII, 27. 1. Cor. II, 12. seq. 2. Cor. III, 15. El. XXIX, 10. seq. Jer. VIII, 8. Hiob. XXVIII, 28. Dan. IX, 13. Sir. VI, 23. Hof. IV, 1. Eph. IV, 20. 21. Neh. VIII, 12.

§. 20. Hæc de primo commate in v. 10. Sequitur secundum comma: *tu sane petiisses ipsum.* Quamprimum enim admittitur interius oblata in verbo notitia doni salutiferi eiusque præstantiæ: nunc iam illico exferit sese prima illa Dei verbique Dei operatio in anima, excitando sitim seu desiderium fruendæ gratiæ, per preces & suspiria. Antehac, si visa iam iam fiot affuisse suspiria, preces & desideria, ea nonnisi *humana, naturalia adhuc & vaga* incertaque mentis desideria tum fuisse censentur, ac postea cognoscuntur fuisse talia, cum fiunt vere *diuina & fixa* desideria, in casto respectu ad solum *Deum, & Dei donum.* Hæ preces accurato ordine *respondent* diuino nutui seu salutationibus diuinis. Hæc suspiria *promissionis* verbo inuoluunt sese propere & absque mora. o! quam properabat ad preces illuminatus ille latro in ipsa cruce, sub conuersionis suæ laboribus! Luc. XVIII, 42. * Thomas itidem respiscens Joh. XX, 28. Saul etiam in Paulum mutandus Act. IX, 11. 20. XVI, 15. XXII, 16. XXVI, 19. Gal. I, 16. *credis in Filium Dei?* ita Christus olim inquisiuit. respondabat Christo, qui cæcus fuerat: *Domine, quis est, ut credam in ipsum?* dicebat vicissim Christus: *atqui vidisti ipsum, & is ipse est, qui nunc tecum loquitur.* statim regressit cæcus: *credo, Domine, & adorauit ipsum.* Joh. IX, 35 38 Zach. XII, 10. XIII, 1. Marc. IX, 24. Joh. V, 23. 24. 2. Sam. VII, 17. seq.

* in homil. de B. Latrone Eusebius Emesenus: ille nec salutis tempora sciens distulit, nec remedia statûs sui in momenta vltima infelici fraude posuit, nec redemptionis suæ spem in desperationis nouissimum reseruauit. - ergo etiam ex hoc in extremo placuit Deo, quia ad consequendam fidem non non fuit EXTREMA illa hora, sed PRIMA.

§. 21. Quia igitur in conuersione hominis Deus non agit ex absoluta sua, quæ in scholis nostris dicitur, potentia, sed requirit, ut conuertendus, vi virium in verbo oblatarum, consentiat, precibusque respondeat diuinæ manductioni ad notitiam doni sui: hinc *ordinem* plane derelinquunt illi, qui dicunt, vel tacite cogitant. *se expectare* velle, donec ipsis Deus *immediate* cœlitus dona sua infundat, aut vi conuertat; quandoquidem solius Dei opus sit conuersio. æque ac illi suo modo fanatici sunt, qui in vltimam mortis horam rejiciunt *suggestiones* sancti Spiritus, dum interea spe illarum suggestionum freti *media* omnia, omnia pietatis exercitia, orationem, sacram lectionem, pias meditationes remisse tractant, aut prorsus negligunt. F. C. p. 669. 818. Vide scriptum nostrum, famoso libro *Unfug* oppositum A. 1693. p. 17 - 21. 81. seq. & infra §. 54. 48.

§. 22. Sunt qui nesciunt aut nescire se simulant, *unde devotionem hauriant*, & precandî materiam. Sed pronam consequentiam totius rei textus sistit optimo ordine. (1) *si donum Dei noffes* - (2) *tu sane petiiffes ab eo*, & (3) *ipfe dediffet tibi aquam viuam*. Atque ita demum fit, vt recta, quemadmodum par est, ad Deum fundatur oratio secundo flumine, ut * nullo Doctore opus sit, quomodo aliquis ad orandum se præparet, aut *unde devotionem hauriat*.

* hæc Lutherus, & multa alia in *Catech. mai. p. 511*. Conferri possunt ob frequentia cautelæ Dorschei, adscriptæ ad Arndtii L. 1. c. 34. §. 8. c. 26. §. 6. L. 2. c. 6. §. 7. & notæ nostræ ad con-

* (15) *

concil. Trid. p. 112. quid sit verum *votum* sacramenti, ex qua relatione *pendeat* valor *voti*, unde signum præbeat veræ *conversionis*.

§. 13. Neque tamen ex eo, quod ad *ordinem* perficiendi operis diuini preces nostras spectare diximus, colligi debet, eas preces *proprie mereri* aliquid. nam precibus non nisi *donum* porro respondet, idque sic in perpetuum. tu *petiisses* ab ipso, & ipse *dedisset* tibi. ita habet comma tertium in v. 10. Supra §. XI. docuimus, Deum nobis *donum* dedisse euangelium, *priusquam pro illo impetrando orauimus*. Verum *propterea* nobis orandum est, vt eam inde remissionem peccatorum ac reliqua bona euangelica *agnoscamus & accipiamus*. In Dei verbum *gratia*, intromittimus omnia nostra desideria, dum petimus. Vbertatem promissionum eius recipimus in omnes facultates nostras, dum precamur, nihilque aliud intendimus. Deo nos tradimus, quanti quanti sumus, sincere, attente, plene. Quam inopiam nostram, & refugium ad cornu copiarum Dei, (unde *haurienda* omnia decenter) qui solus est יהוה significantissime exprimit in textu vis verbi *אֵרְעִיב*, v. 10. Jac. I, 5. 6. adeoque per tale *אֵרְעִיב*, opinio proprii arbitrii naturalis & meriti in corde nostro reapse destruitur; quod fieri nequit absque insigni immutatione ipsius cordis, dum sola Dei misericordia ita imploranda est, vt nihil plane sit volentis, vel consentientis, vel currentis, sed miserentis Dei. Rom. ix. 16. 2. Cor. III, 15. Phil. II, 12. 13. Quam *emphasin* autem verbum *hauriendi* habeat in hac materia, usus verbi biblicus docet, etiam in sequentibus.

in hoc ordine diuini beneficii, & humani officii, rite tradendo, operam nauarunt aliquam P. P. Concilii Arausiaci II. verbi gratia, capite 4 & 6 cauent, nequis humana obedientia subiungat gratia

gratiae adiutorium, aut, Deum expectare contendat voluntatem nostram, ut a peccato purgemur; eo sensu, ac si non ipsius gratiae donum sit, ut purgari velimus, & obedire. caput 22. ad schema nostrum respicit. nemo habet de suo, nisi mendacium & peccatum. si quis autem habet homo veritatem atque iustitiam, ab illo fonte est, quem debemus scire in hac eremo, ut ex eo quasi guttis quibusdam irrorati, non deficiamus in via. conf. Macar. hom. 4. §. 17. Hulfemann de auxili. gratiae p. 210. a. Varen. l. 2. pro Arndtio p. 259. 269. Calov. confid. Armin. p. 396. Theologiam autem hominis impij ex verbo Dei *haustam*, satis laxè supponit Schelwigius in synopsi artic. 1. q. 5. 7. 9. 10. Neumannusque in theologia aphoristica p. 11. (5.) 10. (6) Id quod eo etiam notari, confusionis evitandae causa, potest ad D. Malmberg diff. de Veritate Christianismi §. 9. & ad alia scripta neoterica. Saepe enim adhuc peccatur laxiori applicatione tam dignae de *haurienda*, vel *hausta*, ex verbo Dei theologia *hauriens*. Quae quidem monemus, salvis iis, quae sequuntur §. 36. 37. 56. 47. Rectius enim verbum *imbibendi* adhibetur in Neumannii theol. p. 68. (2) Ibidem recte se habet thesis ipsa quod *fides iustificans* sit unicum illud iustificationis & salutis medium, quod veluti *fontis* in omnes vitae spiritualis actus *exundet*. p. 575. De antithesi alibi.

Quae Hulfemannus c. l. sua fecit ex Arauscano concilio, adhuc nostra facimus libentissime. Adeoque nimis aberrat D. C. G. Blumberg / si quidem in *confutatione* sua (nobis opposita) Hulfemanniana illa nobis voluit opponere p. 152. Quae discrete ibi ex Hulfemannii vindiciis contra nos urgentur, (uti & p. 70.) pariter a scopo abeunt. Nos enim de *notitia* & *assensu* ibi agimus in relatione ad *fidem iustificantem*, non ad illam, de qua Hulfemannus istis in locis.

§. 24. Ergo salva res est in tertio commate pro petente: & *dedisset sane tibi aquam viam*, v. 10. particula *av*, posita ad verbum *edone*, iucunde respondet illi: *ov av ntn-*

εας αυτων. veterum aliqui reddunt *forſitan.* ſi *dubitatively*
 intelligant, nos plane diſſentimus. Ipſe Arias Montanus
 bene vtrumque *av* reddit: *utique, utique.* Vtique prima
 gratia offertur ita ſufficienter, vt, ſi accipiatur & fouea-
 tur precibus, Deus dona ſua augere petenti, & corona-
 re decreuerit. nulla quidem *proportione* alia, quam *ordinis*
 *. Pſal. LXXX, 11. Matth. XIII, 12. Marc. IV, 20. 24. Zach.
 XII, 10. 8. Act. 11, 38. 37. 2 Cor. III, 16. 17. Qui igitur æter-
 næ ſalutis *vero* deſiderio tenentur, cuius conſcii eſſe po-
 ſunt omnes ex verbo, ad intima cordis deſideria ſince-
 re comparato, in quotidiano examine: non macerent ii
 atque excrucient ſeſe cogitationibus & imaginationibus
 de *arcano* Dei conſilio, an ad vitam æternam ſint præ-
 deſtinati & ordinati. In Chriſtum potius, vt in fontem
 vitæ, intueantur, dona data magnifaciant & ſedulo exer-
 ceant, atque in precibus & aliis mediis gratiæ adhibendis
 pergant **. Non patietur Deus fruſtra *effundi* preces no-
 ſtras, qui preces tam ſeuere præcepit. Adiuuatur ten-
 tationibus agnitio inopiæ noſtræ. qua ſumme opus eſt,
 vt ſentiamus, animam noſtram abundare quidem deſide-
 riis, ſed non poſſe acquieſcere, niſi pure in ſolo Deo per
 Chriſtum Jeſum figantur noſtra deſideria, qui ſolus ſibi
 ipſe per ſe ſolum ſufficit. Adeo agnitio inopiæ noſtræ
 non ponit obicem felicitati noſtræ, ſed locum proprie
 facit nunc illi gratiæ, quæ primam conſequitur, & quæ
 reſeruatur ſincere vtentibus priore illa gratia, pro data
 prius facultate ſitiendi ſeu deſiderandi donum Dei. tum
 enim inſtantiffime adoratur Deus in F. & Sp. S. qui diues
 eſt in omnes inuocantes eum. Rom. X, 12. Marc. VII,
 28. 29.

* Tridentini 6. ſeſſ. c. 16. auſi ſunt, prætextu textus noſtri Iob. IV, 14.
 contemtiſ omnibus admonitionibus (v. c. in ap. A. C. p. 120. 138.

139.) inbarere doctrinae de tali infusa iustitia, ut bona opera iustificatorum vitam aeternam tandem vere promereri censenda sint. confer ibidem canonem 32. Unde ipsi in culpa sunt, quod reicitur talis infusa iustitia; quam & qualem scilicet ii torruose proponunt cap. 7. & can. 11. Post Tridentinos, Bellarminus ex illo ipso v. 14. proportionem eiusmodi contorsit, ut iustorum B. O. sint meritoria vite aeternae ex condigno, non solum ratione pacti, sed etiam operum. T. 4. Contr. l. 5. de just. cap. 17. f. 283. Becano respondit H. Hopfnerus de justif. p. 208. sq.

** Cat. maj. Luth. p. 509. reliqua p. 659. 671. 676. 802. 806. 816.

§. 25. Tantum de praëiudicio primo v. 9. Quod secundo loco obiicit muliercula, non tam praëiudicium est, quam cumulus praëiudiciorum. Domine, inquit, neque haustum habes: & puteus est profundus. unde igitur habes istam aquam viam? num tu maior es Patre nostro Iacobo, qui nobis puteum tradidit; & hac aquatione usus est tum ipse, tum eius nati atque pecora? v. 11, 12.

§. 26. Promicat hinc (1) *crassus stupor* & ruditas naturalis, qua homines externis & corporalibus rebus immerfi, verba spiritualia capiunt *crasse* & corporaliter. Sic aliqui plane in iocum quasi conuertunt encomia donorum spiritualium. Matth. XVI, 7. 11. Joh. II, 19-21. III, 4. IV, 33. VI, 52. VII, 35. VIII, 22. 32. 37. 41. Luc. XXII, 38. (2) *moventur* variae difficultates. *neque tu haustum habes, & puteus est profundus.* Tam pauperem sibi Christum fingit oculus hominis. unde igitur habes τὸ ὕδωρ τὸ ζῶν? (haud dubie elatiore voce Christus dixit ὕδωρ ζῶν v. 10. quia mulier idipsum repetit gemino articulo τὸ τὸ v. 11.) similia vide Ex. XVII, 2. 3. Num. XX, 10. 2 Reg. VII, 2. 19. Psalm. LXXVIII, 20. seq. LXXXI, 14. 17. Jer. XV, 18. Matth. XIII, 56. Joh. VII, 15. (3) *exaggeratur auctoritas veterum.* num tu maior es Patre nostro Iacobo? &c. confer Joh. VIII, 51. 53. Num. XII, 2. 2 Reg. V, 12. 2 Chron. XVIII, 23. 1 Sam. II, 3.

cum

cum gloss. marg. Hiob. XV, 10. Jer. XLIV, 17. (4) depri-
mitur contra loquens, eo quod *forma externa* esset vili-
or. quam *εροσωποληψίαν* præsenserat & præcauere studu-
erat Christus, *si tu nosset*, dicens, *quis sit* v. 10. 44. refer
huc Gen. XIX, 9. Psal. IV, 7. Joh. VII, 52. IX, 29. 34. I, 46.
Luc. IV, 22. 23. seq. 2 Cor. X, 10. (5) mulier non tantum
in sua persona loquitur, sed *nomine quasi omnium*. Pater *no-*
ster nobis & nostratibus puteum hunc *tradidit*. v. 12. 20.
Jer. XLIV, 19. Act. XIX, 27. - 35. Joh. XIX, 7. 2. Thess.
II, 2. &c.

§. 27. In quas non angustias conici poterat Samari-
tana, si postulasset Christus *probationem* consequentiæ, si
probare adacta fuisset mulier originem ex Jacobo Patre,
vel *traditionem*, ad quam prouocabat, & id generis dicta-
ta alia? quid? si quis olim ad ipsum *Jacobum* dixisset:
num tu maior es *Patre nostro* Abraham, qui de nullo loco
pronunciauit, sicut *tu: non est hic, nisi domus Dei, & porta*
cæli. vel ad *Jacobi* Patrem Isaacum, cum serui eius fode-
rent subinde novos puteos: *num tu maior es Patre tuo Ab-*
raham, qui gaudebat versari ad Bersaba, & ad hunc fontem
Deum colere? Gen. XXI, 33. 2 Chron. VI, 18. 19. 42. VII, 14.
21. XXX, 6. Nehem. IX, 7. 26. Sane locus hic esset strin-
gendi varie popularia tergiuersantium diuerticula, quæ ho-
dieque nimis in vsu sunt.

§. 28. Sed hætenus & parit Christus mansuetissimus,
& recta properat ad maius opus; relinquens de cetero
res oeconomicas Patrum in suo pretio iustoque ordine.
Nam omnes utique Patriarchæ in ipsis temporalibus rite
disponendis insigne exemplum ediderunt. Ponit Sama-
ritanæ æternitatem ob oculos, & sic implicite responderet
ad omnia, vt miseram mentem attolleret ad altiora, ad æ-
terna. v. 13. 14.

§. 29. Candide ceterum Brentius h. l. quemadmodum Patriarcha Jacob non eo fodit puteum, ut posteros suos ad usum huius putet, quo ne ipse quidem usus semper est, alligaret, aut prohiberet, quo minus * meliorem & commodiorem fontem vel querant, vel foliant: ita pii & prudentes maiores multa tam in rebus politicis, quam ecclesiasticis instituerunt, non quidem hoc consilio, ut, quod ipsis visum sit, perpetuum maneret, sed, ut rationem sui temporis haberent, ac interim posteris liberum relinquerent, etiam pro sui temporis opportunitate, rebus consulere &c.

* Recedant a me & a vobis, qui dicunt: nolimus esse meliores, quam Patres nostri. Tepidorum & dissolutorum se filios protestantes, quorum memoria in maledictione est, quia manducaverunt vinas acerbis, quibus dentes filiorum obstupuerunt. aut se sanctis & bonae memoriae patribus gloriantur, imitentur certe sanctitatem. &c. graue hoc S. Bernhards, melliflui illius Patris, monitum ad Abbates Suesione congregatos, laudat H. Hopfnerus in Saxonia Euang. p. 236. 61. Infra §. 43. sq. Saunaro-lam audiemus de tepidorum resistentia. Hoc ipsum autem Bernhards dictum, aliaque Lutheri de Bernhardo iudicia, religionis fontes spectantia, vide in L. I. D. Herraschmidii tr. de peccato acedia p. 76. 36. 49. 52. sq. 56. 81. sqq. Chrystomi quoque praefatio in ep. Pauli ad Rom. legi meretur, cuius partem in ipso Breuiario Romano reperias, 2 post E-piph. Nos, quae scimus (habet ibi Latina interpretatio) non scimus ab ingenii bonitate atque acumine, sed quod erga Pauli epistolae impense affectu a Pauli lectione nunquam discedimus, siquidem qui amant ii plus quam ceteri omnes eorum facta norunt, quos amant, ut qui de iis ipsis sint solliciti.

§. 30. Ipse DOMINVS, cum agendum ipsi esset alio tempore aduersus importunos & pertinaces, explicite confitetur, maiorem utique se esse Patre Abrahamo, utpote qui gauisus fuerit videre diem suam. Joh. V. III, 53. 56. Ebr.

Ebr. VII, 4. 7. esse sese *Dominum Davidis*. Matth. XXII, 43.
 4. maiorem Salomone, Matth. XII, 41. 42. 6. El. IX, 6.
 Eb. VII, 2. 3. 4. 7. & cum Judæi obloqui pergerent (annos
 nondum habes quinquaginta, & Abrahamum vidisti) diser-
 ts: *Amen, Amen, inquit, priusquam Abraham esset, ego sum.*
 Joh. VIII, 57. 58.

Quæstio principalis fuerat: *tu quis es?* v. 25. Re- Digressio
 sponderat Saluator: *ego ex Deo exiui, & nunc præsto sum* ad locum
 v. 42. Deum ipse iterum iterumque vocauerat *Patrem su-* Joh. 8.
um v. 19. 28. 49. 54. Admonuerat iam iam de momento
 quæstionis, de qua sit agendum reuerenter & solcite v.
 24. (quo sensu Deum dixerit *Patrem suum*, nouimus iam
 ante fuisse disceptatum Joh. V, 18.) seq. Illa autem de *Pa-*
tre verba, quæ modo produximus ex Joh. VIII, 42. paulo
 post discipulis Filius ipse sic reddidit: *exiui a Patre, & ve-*
ni in mundum, rursus relinquo mundum, & vado ad Patrem.
 Joh. XVI, 28. quid est, *vado ad Patrem?* ornandus scilicet
 illa gloria, quam possidebat apud Patrem *antequam* mun-
 dus esset Joh. XVII, 5. 8. 18. 24. *mundus* enim per eum fa-
 ctus. Joh. I, 10. Ergo Christus, *antequam nascendo* veni-
 ret in hunc mundum (*nascendo*, inquam, vel in corpore,
 ad immolationem præparato. Hebr. X, 5. 7. Joh. XVIII, 37.
 quemadmodum denascendo iterum reliquit mundum.
 Joh. XIII, 1. 3. XVII, 11. coll. XVIII, 1. seq.) fuit reuera,
 & iam iam extitit. Ipse est *ὁ λόγος* de quo Johannes:
in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum & tan-
tus ὁ λόγος caro factus est Joh. I, 1. 14. Gal. IV, 6. 1 Joh.
 IV, 9. Egressus ex Bethlehem nascendo, cuius egressio-
 nes sunt *ab ante a diebus seculi* Mich. V, 1. Ipse est *ὁ λό-*
γος, vel *ἡ σοφία ἀντὶν*, quæ *Protoplastum, Patrem mundi,*
eduxit e lapsu suo. Sap. X, 1. quæ *Abrahamum* iustum serua-
 vit v. 5. seq. IX, 19. Hæc, puto, ostendunt, quo sensu &
 quam

quam efficaciter Christus palam dixerit Iudæis, auctoritate Patris Abraham ipsum prementibus: *Amen, Amen, dico vobis, antequam Abraham esset vel fieret, ego sum.* Socini contra interpretationem nos nonnisi pro coacta interpretatione agnoscere possumus.

§. 31. Proxime ante nostram historiam legimus, ipsos Joannis Baptistæ discipulos anquirere cœpisse, annon Christus baptizando *alienum* invadat officium? ne dicamus, Pharisæos fouisse eiusmodi æmulationis igniculos, qui iam audiuerant, Jesum plures facere discipulos & baptizare, quam Johannem. vnde & Jesus sese subduxit eo tempore. Joh. III, 22. seq. IV, 1. seq. (Marc. II, 18. Luc. V, 33.)

Qua erat fide, Baptista, diligenter amoturus omnia veræ conuersionis impedimenta, Christum supra omnem auctoritatem collocat: *qui superne venit, inquit, supra omnes & omnia est. - ex cælo veniens, procul-dubio longe supra omnes est, & supra omnia.* Joh. III, 31. *non enim ex mensura, quam vos ipsi statuere & circumscribere videmini, dat Deus Spiritum. Pater diligit Filium, & omnia dedit in manu eius.* v. 34. 35. Rom. IX, 5. Col. I, 17. Apoc. I, 11, 17. his Baptista deduxit copiosius, quæ succinctius dixerat Joh. I, 15. 27. 30: *post me veniens ante me fuit, quippe qui prior me fuit.* nec videmus, qua æquitate auctor *Theologiæ A. 1682. Freystadii excusæ* ultimi istius loci Joh. I. exegetin nostram ludibrio exponere potuerit pag. 443. 445. (Ebr. XII, 26. 24.)

§. 32. Thesi hac opportune vsi sunt veteres, in eos, qui titulo *possessionis* repugnabant Christianismo. *si semper Christus, & prior omnibus: æque veritas sempiterna & antiqua res. viderint ergo, quibus nouum est, quod sibi vetus est.* Tertullianus *l. de vel. virg. c. 1.* & paulo ante: *veritati nemo*

nemo præscribere potest, non spatium temporum, non patrocinia personarum, non privilegium regionum. Idem l. 5. c. Marcion. c. 19. quomodo ante omnes, si non ante omnia? Cyprianus: non nobis videndum est, quid ante nos quidam dixerint, sed, quid ille, qui ante omnes est, I. C. vide, sis, Luth. T. 1. Ien. G. f. 371. T. 3. f. 387. T. 5. f. 87. Joh. I, 10. 11.

§. 33. Per aquam, quam Christus promittit v. 14. intelligimus effusionem salutiferam Spiritus S. tanquam consequens fidei in Christum, interprete ipso Christo Joh. VII, 38. 39; nihil hinc excluso eorum, quæ ad œconomiam salutis pertinent. Bis proinde pronunciat hic Christus cum auctoritate; *Ego dabo. v. 14.* non minus ac τὸ *Ego* legitur v. 26. 38. 10. item Joh. VI, 35. 48. 51. Collige vero, L. B. quis ille sit, qui dicit: *omnia, quæ Pater habet, mea sunt. Ideo dixi, quod Spiritus S. capiet ex meo.* Joh. XVI, 14. 15? Unus idemque thronus est *Dei & Agni, ex quo procedit fluvius aquæ & vitæ.* Apoc. XXII, 13. Is est ante omnia, & in eo habitat omnis plenitudo diuinitatis, vnde nos haurimus omnia, Col. I, 17. 19. II, 9. Joh. I, 15. 16. III, 34. Tit. III, 6. *petra fontiflua* illa I. Cor. X, 4. 9. coll. Deut. XXXIII, 8. Num. XXI, 5. 6. Ex. XXIII, 21. Sap. XI, 4. in cuius nomen *baptizamur aqua*, vt & in nomen P. & Sp. S. Matth. XXVIII, 19. qui per alios, ceu ministros, baptizavit, vt *DOMINVS* Joh. IV, 2. 1. vt Sponsus ecclesiæ, ita super omnia. Joh. III, 29. Pf. XLV, 12. 8. El. LIV, 5. Ephes. V, 23. 24. 2. Cor. XI, 2. Adeo describitur plenitudo eius, vt inexhausta. nam ὅσοι, quotquot ipsum susceperint, πάντες, omnes plus quam fatis & abunde habuerint. Joh. I, 12. 16. Ergo non est plenitudo humanæ tantummodo naturæ, sed deriuanda ea ex fundamento primo, ceu fonte, quod Verbum caro factum est, ad habitaculum figendum in nobis; sicque ὁ λόγος spectandus, vt *plenus* (pro nobis)

nobis) gratia & veritate. ibidem v. 14. Ita ex infinitæ naturæ plenitudine primo omne petendum, vt cum *effusionis* infinita abundantia *effundentis* conueniat respectus atque descriptio. Johan. VII, 37. coll. Apoc. XXI, 6. XXII, 16. 17. 13. Ita habitat in ipso plenitudo omnis diuinitatis *σωματικῶς*, in corpore, tanquam templo & *σκηνή*.

§. 34. De *Spiritu S.* ad modum præsentis *schematis**, elegantissimum extat programma pentecostale Lipsiæ A. 1683. publico nomine conscriptum a venerando D. Oleario. Nos id vnum hoc loco obseruamus: *ex eo*, quod *Spiritus S. dari* dicitur, non debere negari, eum esse *subsistens* in diuinitate; ceu fit in catech. Racou. lect. 5. c. 6. Crell. de vno Deo. lect. 3. c. 8. Nam nemo negat, Christum esse hypostasium, tametsi is vocatur & est *donum Dei* v. 10. supra §. 13.

Similiter censendum, ex illo fundamento diuinitatem *Spiritus S.* perperam impugnari. Scriptum est, *Spiritum S. effundi* in lauacro sacro. Tit. III, 5. 6: sed pariter scriptum legitur, quod baptizare iubemur *in nomen Spiritus S.*, vt & in nomen P. & F. Matth. XXVIII, 19. (1 Cor. XII, 13. 4. 5. 6. VI, 11.)

* edidit Ioannes Preusse confessionem fidei A. 1662. germanice, qua modestius tum scripsit de *Spiritu S.* num quid schema fontis, cuius ibi fit mentio, contulerit, ex verbis eius & ex aliis libris, qui tribuuntur Preussio (Theologia Freystadiana p. 217. 803. 804. confer Sandium biblioth. p. 275. 276. Lubienicium hist. reform pag. 149. 151. sq.) iudicandum relinquo. fluctuans sane redditur animus absque causa.

§. 35. Sunt e veteribus æque ac recentioribus interpretes, qui Christum v. 14. respexisse existimant ad factam postea *effusionem sanguinis* sui; cum bis *in futuro* dicat: *æqua*, quam *DABO ipsi* v. 14. qualia futura leguntur loh. VI,

27. 51. 55. Nouerat enim IESVS omnia ipsi *euentura*. Ioh. XVIII, 4. Profluebat postea diuino consilio, ex aperto Jesu crucifixi latere, sanguis & *aqua*. Ioh. XIX, 34. 35. (Ex. XVII, 6.) *Hic est*, qui venit per *aquam* & sanguinem, I. C. D. N. *Dei Filius*, non in *aqua* solum, sed in *aqua* & *sanguine*. I. Ioh. V, 5. 6. 9. Vbi quidem versiculum septimum etiam ideo ad canonem referri non posse contendunt Anti-Trinitarii, quia nulla futura sit versiculorum *connexio*. At ad oculum demonstrari potest, quod leges connexionis militent potius pro astruendo, quam eliminando loco I. Ioh. V, 7. Tantum igitur ac talem Salvatorem colimus supremo fidei cultu, de quo dici potest ac debet secundum Scripturas: *Dominus gloriæ crucifixus est*. I. Cor. II, 8. *Filius Dei effudit sanguinem*. I. Ioh. I, 7. 2. *Deus per proprium sanguinem acquisiuit ecclesiam* Act. XX, 28. *Zach. XIII, 7. I. XII, 10.*

§. 36. Hic, Hic est, qui *æternos* in vsus sistit *aquam suam*: qui bibenti *ex ea aqua*, cauet de *æternitate* bifariam. (1) *negatiue. minime sitiet in æternum*. v. 13. confer Ioh. VI, 35. Apoc. VII, 16. 17. nec obstat felix illa sitis appetitus spiritualis & indefinens. Sir. XXIV, 28. 41. Matth. V, 6. (2) *affirmatiue. sed aqua, quam dabo ei, in eo fiet fons aquæ salientis in vitam æternam*. Vtrumque considerandi genus, negatiuum & affirmatiuum, gignit in iis, qui recte attendunt, vsus amplissimos. quippe haudquaquam frustra Deus æternus indidit nobis omnibus ideam *æternitatis*, sed fecit, vt in nobis locum habere possit *verbum eius* de vita æterna. Propterea parauit sibi Deus in corde nostro receptaculum huius doctrinæ, qua cor & intima cordis nostri a vanis rebus opinionibusque conuerti oportet ex verbo ad æterna sub officiis & circumstantiis huius vitæ cogitanda, & iugiter desideranda. Quo qui-

D

dem

dem proprie nihil conducunt humanæ traditiones, siue
 uniuersales, siue particulares, sed vita æterna in corde re-
 bus æternis, hoc est, verbo Dei & Spiritu S. efficitur. In-
 terim foris finit nos euangelium uti politicis ordinatio-
 nibus legitimis quarumcunque gentium, inter quas uiui-
 mus. Ita Melanchthon in apol. A. C*. Imo iubet euan-
 gelium in ipsis externis omnibus verum probare Christi-
 anismum. Ibidem ** iucunde innuitur, quo sensu hac in
 vita regeniti vitam æternam inchoent. Notanter vero
 Christus ait: ex ea, qui biberit, in eo fiet fons aquæ sali-
 entis dehinc in vitam æternam. Quia non sufficit, pri-
 mis quasi labris aquam hanc degustare, vel oblatum eius
 usum tantisper seponere, donec nobis videbitur oppor-
 tunum, intereaque commendare aliis. Ita docet Chri-
 stus ex pane viuifico edere. loh. VI, 51. 27. Non quasi fon-
 tis ipsa vis & pretium ab usu hominum *** dependeat, sed
 vocatur homo ad officium oblato beneficio, ut aqua, quæ
 in sese est viuifica, in homine etiam fiat fons aquæ sali-
 entis in vitam æternam. Requirit Saluator c. l. in can-
 didato æternitatis, ut edat ex pane vitæ, quia non vult ab-
 solute omnibus dare vitam æternam ex absoluto decreto,
 sed ordinate per fidem, omnibusque obedientibus factus est
 causa æternæ salutis, actu fruendæ. Hebr. V, 9. IX, 12. 14.
 **** nihilominus Christus & per se vita est, & dedit se pro
 mundi vita. Ego sum panis ille viuus, qui descendit e celo:
 si quis comederit ex hoc ipso pane, uiuet in æternum: & panis
 uero, quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro mun-
 di uita. loh. VI, 51.

* p. 151. 215. 294.

** p. 215. § 134. item b. l. T. 31. Opp. f. 659.

*** Unschuld. Nachrichten A. 1711, p. 690. 892. 895, 1016. 1053.
 250. 255. & epistola Loescheri-Oleariana, A. 1710. editæ,
 simili quadam ratione conferri inuicem possunt p. 18. 32. 57.

14. 106. infra §. 56. 37. 47. collatis in antecessum D. Loe-
scheri notionibus de renov. §. 21. 22.

*** Seculo 9 & 10. disputatum de his fuit acerrime, maxime in Gal-
liis. præ aliis verborum difficultates elucidi sunt Lupus Servatus,
Prudentius Trecentis episcopus, & ecclesia Lugdunensis. De Lupo
habet ipse Natalis Alexander (parte 2. sec. 9. & 10. pag. 300. 301.)
nonnulla, que illustrant præsens negotium. Tò æque derivari
videtur idem significasse Lupo, atque indifferenter derivari. cu-
ius generis indifferenciam & promiscuam applicationem eterno-
rum fructuum sanguinis Christi, affirmare quis ausit? De reli-
quis ibi p. 295. 313. 324. 326. 333. seq. 341. 352. Augustinus: in-
tellexisti spiritualiter? Spiritus & vita sunt (verba Christi)
intellexisti carnaliter? etiam sic illa Spiritus & vita sunt,
sed tibi non sunt. Tr. 27. in Ioh.

§. 37. Imo quod si quis iam gustum percepit do-
ni illius supracælestis, & particeps factus est Spiritus S. bo-
numque gustavit Dei verbum, virtutesque futuri seculi; tam-
etsi prolapsus inde fuerit aut relapsus a tanto culmine dul-
cedinum, ut fieri id posse Scriptura indicat Ebr. VI, 4. 8.
2. Petr. II, 18. 20. attamen salua est Christi promissio h.
I. quod, quantum quidem in ipsa est, aqua hæc spiritua-
lis & mystica, ex sua natura & virtute, sicim restinguit
in perpetuum, idque etiam respectu ipsius saluandi, qua-
tenus & quamdiu ex ea promissione pendere ac debito
affectu bibere is voluerit. Ebr. X, 14. IX, 14. 12. XIII, 20.
Adeo fonti ipsi per se decedit nihil, nec est frustranea
virtus eius aut inutilis, ut singuli, quibus licet, non v-
tantur fontis beneficio. Deus ipse in se beatissimus est, &
perstat beatissimus. nobis ille fons manat. ipsi Deo com-
modum nullum a nobis potest intercipi. * adeoque in pro-
patulo omnibus est fons æternæ beatitudinis. tantum ab-
est, ut Deo tribuatur profusio indigna, aut vulgo sic dicta
prodigalitas, ut potius Deum optime deceat tam bene-

D 2

* Macar.
hom. 12. §.
17 15. 12.
hom. 15.
§. 36. hom.
4. §. 12

hom. 34. §. volus affectus, coniunctus cum vbertate magnifica, aper-
 i. hom. 20. ta palam omnibus libertate bibendi largissime, secundum
 §. 4. hom. superabundantem bonitatem suam in I. C. toties lauda-
 27 §. 3. 15. tam in sacris literis. Sicuti ergo ab Adamo primo pec-
 Spen. c. catum inde & mors redundat in tantam multitudinem,
 Hartnacc. huius vniuersi: ita *multo magis* beneuolentia Dei per v-
 §. 27 56 58. num hominem I. C. *exuberavit* in multitudinem totius
 Schelw. generis humani. Rom. V, 15-21. vt fons gratiæ per *vnus*
 supplem. iusticiam directus sit ad *omnes* homines in iustificationem
 p. 75. vo- vitæ v. 18. eiusque *atærnæ* v. 21. 20. Neque vero aquæ hu-
 ce suspen- jus *infinitum* pretium diuidi potest in certas *partes*, aut
 dendi. ab vsu (quod iterum monere liceat) *dependere* * hominum,
 vt propterea frustra sit. Interim quam serio aqua salu-
 tis exuberat, tam serio vult *digne* bibi & *digne* haberi. æ-
 que in propatulo est *ordo fæderis*, quam sanguis *atærnæ te-*
stamenti palam offertur. Nec etiam abdicauit sese Deus,
 per apertionem beatæ atærnitatis, mediis animaduerten-
 di in eos, qui proterue aut indifferenter agunt. Multo mi-
 nus per *facultatem* bibere-nolendi, quæ in homine est, *Dei*
 voluntatem & potentiam ipsam in ordinem redigimus, ac
 si *nostra* potentia & voluntas superet potentiam & volun-
 tatem *Dei*, tanquam maior minorem. poscit enim Deus
 de vsu facultatis *nostræ* rationem, potentissime ac liber-
 time. Pf. L, 21. Ex. XXXII, 34.

* Varen. P. I. pro Arndtio p. 144. (3) 145. 16. 152. (1) 153. (I.
 2.) 354. sq. 387. P. 2 p. 67. (1) 68. sq. 361. sq. Arndtius in *repetiti-*
one apologerica L. 2. sub finem.

§. 38. Meditandum & hoc relinquimus, quantum ipsa
 hæc aquæ sufficientia, quæ est in omnem *atærnitatem*, tes-
 tetur de magnitudine datoris. annon colligere liceat, (eo
 argumentandi genere, quod esse nonnulli existimant Ioh.
 III, 13. coll. 3. 7. 27. 31.) quod *ascendere* in vitam *atærnæ*
 non

non posset aqua Christi, nisi ea desuper prodiret ex sinu
 æternitatis? scite Burgensis h. l. *Spiritus S. autor & prin-*
cipium huius aquæ, in cælis habitat; ut non sit mirum, si a-
qua, quam ille diffundit in mortalium animis, e terra in cæ-
lum, ad Deum usque & vitam æternam saliat. At quis mit-
 tit Spiritum S.? nonne & Christus? *sacrificiorum æterno-*
rum antistes, regni æterni æternus dominator. Tertull. *c. Iud.*
c. 6. omnibus Deus & Dominus est. cap. 7. Ebr. IX, 14. Quis,
 quæso, alius est, quam Christus, qui tam graphice 1. Ioh.
 I, 2. describitur *ἡ ζωὴ ἡ αἰώνιος, vita illa æterna, quæ erat*
apud Patrem? quapropter mirum videri non debet, quod
 Iohannes postea *æternam vitam & diuinitatem coniungit*
in Christo: hic est verus Deus, & vita æterna. 1. Ioh. V,
 20. Ioh. I, 1. seq. Mich. V, 2. Christi ipsius testimonio
 nouimus, quis sit intelligendus per *sapientiam*, nempe Is
 ipse Luc. XI, 49. & Matth. XXIII, 34. Atqui quid *sapientia?*
Dominus, inquit, possedit me, principio viæ suæ. - ante secu-
lum principatum habui. - cum nulli essent fontes. - fui iuxta i-
psam artifex, sui que deliciae quotidie, ludens coram eo omni
tempore &c. Prov. VIII, 22. 24. seq. coll. Prov. XXX, 4.
 Ebr. VII, 3. Id apud animum secum reputent dissentientes, &
 humili corde sincere cogitent, an apte cohæreat cum suis
 de Christo hypothefibus, quod Filius, qui datus est no-
 bis, vocatur *Pater æternitatis.* Es. IX, 6. in quo prædesti-
 nati sumus (non idealiter, sed realiter) ad vitam æter-
 nam. Eph. I, 4. 2. Tim. I, 9. 10. Fatentur ipsi Vnitarii,
 Spiritum S. esse ab æterno. Fatentur, Spiritum S. mitti
 a Christo. Et tamen iidem negant, Filium ab æterno
 esse. Schlichtingius ad Joh. III, 15: *neque in eum; fate-*
tur, tanquam in æternæ vitæ datorem credi posset, nisi viue-
ret, & omnem in cælo ac in terra potestatem haberet. Crell-
 lius, Wolzogenius, multique alii, concedunt hodie, per

Chemnit.
 T. I. harm.
 c. 32 f. 273.

Deum benedictum in secula Rom. IX, 5. Christum omnino intelligi. Et tamen iidem negant adhuc, esse *aternum* Filium Dei, esse ipsum hæredem *ab aeterno*. Repetantur, quæ supra §. 33. de *proportione* ad salutem nostram, ex *infinitæ* naturæ fundamento, diximus. Nam ad salutis conuenientiam, cum *fructu* tenendam, relata nostra, quæ scribimus, omnia volumus, non ad steriles de ideis technicis disceptationes, multo minus ad pruritus inde persequendi alios. Immo & cuique nostrum dictum sit illud Hilarii ad Imp. Constantium: *audi, rogo, ea, quæ de Christo sunt scripta, ne sub eis ea, quæ non scripta sunt, prædicentur. summitte ad ea, quæ de libris locuturus sum, aures tuas: fidem tuam ad Deum erigas. audi, quod proficit ad fidem, ad unitatem, ad æternitatem.*

§. 39. Quid vero mulier ad tantum de *æternitate* oraculum? *Domine*, ait, *da mihi hanc ipsam aquam, ne amplius sitiam, aut huc veniam ad hauriendum inde* v. 15. sic Joh. VI, 34. Luc. XIV, 15. Adeo inhæret homo cortici rerum, quibus assuetus est! Etiam cum accommodat sese Deus infirmitati nostræ, hac ipsa accommodatione perverse vitimur. Joh. III, 12. Quid contra Christus? arripit iste vocem utcunque jam petentis, *da mihi* v. 16. Mittit usurpata hæctenus figuram loquendi, & aggreditur *conscientiam* mulieris quam sapientissime, ut ineptire desineret, magisque serio agere disceret peccatrix. *vade, voca virum tuum, & postea huc ad id venito.* v. 16. Regerente illa: *non habeo virum; Iesus dixit: recte dicis, non habere te virum. quinque enim viros habuisti: & nunc quem habes, non est tuus vir. istud quidem vere dixisti.* v. 17. 18. dixit ipsi mulier: *Domine, video, quod Propheta es tu* v. 19. (2. Reg. V, 25. seq. Ezech. II, 5. VII, 26. XIV, 3. seq. XXXIII, 33. 30.) Tametsi vero mulier *pudore suffusa* (Rom. VI, 21.) sermonem alio abdu-

abducere videtur, mouendo pro more *aliam* quæstionem, quæstionem nempe *religionis* v. 20: eo ipso tamen *vulnus cordi inflatum* prodit potius Sir. XXII, 23. seq. religiosiusque, loco prioris Libertinismi, loqui cum Christo incipit. Quam & vagari diu extra oleas non permittit misericors Saluator, cum facta iam esset paulo *attentior*. Act. XVI, 14. 13. Sed prima quaque occasione, ex propriis eiusdem verbis, properat ad reuelationem sui ipsius v. 25. 26. Et LV, 8. LVIII, 17. 18. Ezech. XVI, 61. 63. 57. XXXVI, 31. 32. Hol. II, 6. 7. 14.

Spenerus præf. de Kathmanno rediuuio §. 6. 13. 15. 17. 21. 22. collato ibidem B. Koepkio p. 198. 197. 187. 143. Perspicue is ipse olim ad nonneminem, qui iam correctionem aliquam in doctrina admiserat: Illud rectissime tenes, *verbum tantum in poenitentibus reliquam suam saluandi virtutem exercere. Vis enim verbi vis Spiritus S. est. Hic vero dixit prius solet mundum, antequam incipiat testari de Christo.* Et ea causa est, quod euangelium pauciores conuertat, quia *uerecundus* recusant homines. &c. in Consil. Lat. P. I. p. 128. b. sq. 124. b. Idem *ordo operandi*, salua semper vi verbi, proponitur Lauterkeit T. I. P. I. p. 680. a. & plus quam millies in reliquis Speneri scriptis.

§. 40. Tantæ molis est nancisci opportunitatem compungendæ conscientia! ab hac *compunctione* filum conuersionis ducitur & filatim procedit. nunc demum cogitationibus suis altius assurgit. iam mens constricta tenetur. 2. Sam. XII, 5. 7. 13. Hiob. XII, 22. XXXIII, 16. sq. XXXVI, 10. XXXIX, 37. 1. Cor. XIV, 24. 25. Phil. III, 12. iam cor acu tangitur, vel potius sagittis Dei. Coh. XII, 11. Et XLIX, 2. Ebr. IV, 12. 13. 14. Gen. XVI, 8. 7. Pf. XXXVIII, 3. ad seueros nutus liquefiunt iam præcordia. Ios. II, 9. 11. Mal. III, 3. Luc. XXII, 61. 62. *postquam ostendisti mihi, peruersi femur meum.* Ier. XXXI, 49. * Sapienter etiam Christus

stus unum vlcus *speciatim* tangit, quo de reliquis simul suscitatur dolor **. vnde mulier postea testatur, Christum ipsi omnia dixisse, quæ fecerit v. 28. 39. Hiob. xi, 6. Ps. xix, 13. xc, 9. trifft einem ieglichen nach seinem thun. Hiob. xxxiv, ii. Gen. xlii, 20. seq. xlv, i-5. L, 15.

* coll. apol. A. C. p. 56. postquam pauca præfatus est, concionatur mulieri de pœnitentia mis. et mulier humanas ineptias de aquatione, (sed) hic Christus proponit ei concionem pœnitentiæ, vt agnito peccato, agnita ira Dei, possit erudiri de Messia, de remissione peccatorum. Melanchth. T. 3. Opp f 656. Brent. Hunn. b. l.

** Zur rechten nützlichen Erkântnuß der Sünden ist nicht genug eine general Erkântnuß; welche ein *confus* Ding ist / da ein Mensch erkennet / daß er ein Sünder sey. aber was er für Sünde habe / oder nicht habe / verstehet und weiß er nicht. sondern es gehöret zur rechtschaffenen Reue eines verständigen Menschen / eine *special* deutliche und unterschiedene Erkântnuß dieser und jener Sünde. S. D. Seb. Schmid. Kernspruch. p. 407. seq. R. Weiss. p. 888. Deutschmann de fide iustif. §. 23. A. 1683. Per me etiam licet euoluere, quæ D. C. G. Blumberg in *confutatione Maioristica hypothesis* ex historia colloquii Samaritani p. 104. 105. 106. mihi opponere voluit in materia de nexu *contritionis & fidei*. Mihi enim nihil horum opponi posse sentiet, qui iustam collationem instituerit. Similis notæ sunt, quæ habentur ibidem contra me de *situla aquam* recipiente p. 73. de *scaturigine vitæ* in orthodoxo sensu p. 132. de *secibus* Papismi p. 106. 114. 135. de *fide*, ceu qualitate *infusa*, & legaliter prædica, de *cöinfluxu* p. 85. 105. 128-130. 134. sq. 140 146. sq. 157.

§. 41. Signum animi ingenui in suo genere est, quod mulier Christum, his aculeis corripientem, non postulat *iniuriarum*, vt Iudæi Ioh. viii, 33. 41. Sap. ii, 12. 16. Sir. vi, 21. non irritata regerit *contumeliam* (hostis videtur hic esse religionis, videtur hic homo absorbere velle religionem) sed *magis etiam in illius admirationem inflammatur*; cum siquid tale

*tale Iesus dixisset Phariseis, clamaturi fuerant: magus est, & demonium habet; ut commentatur Erasmus paraphr. h. I. Ioh. VIII, 7-9. 48. Luc. XI, 45. Act. VI, 13. 14. XXI, 28. Pl. LIII, 6. 7. De qua sinceritate sub hac *pedagogia* eiusque in suo genere pretio, loca insignia sunt. Sir. IV, 17-22. Act. XIX, 18. 19. Hiob. XXXIII, 27. 29. XLII, 2. 5. Pl. XXXII, 3. seq. LI, 5. 6. Jer. XXXI, 18-20. I. Ioh. I, 9. 4. Esdr. XVI, 54. 66.*

§. 42. Quod mulier ab initio Christum tantum *Prophe- tam* agnoscit v. 19: non efficit, ut negemus, iam tum incepisse operationem Spiritus S. & notitiam aliquam domini Dei. contingebat simile quid aliis, ut Ioh. IX, 17. 35-38. Matth. XVI, 14. seq. 20. Nobis vero in memoriam reuocanda sunt illa Scripturæ testimonia, quæ Christo tribuunt diuinam scientiam interiorum cordis nostri. *Ego sum, qui scrutor renes & corda; Christus de semetipso Apoc. II, 23, annon vero hæc eadem sunt verba, quæ leguntur Jer. XVII, 10: ego Jehovah scrutans cor, probans renes? diuinum id esse idioma, scrutari corda, negare quis audeat? sed quis & audeat dicere, quod Christus Apoc. II, 23, tantum alluserit eo, vel nude accommodare verba illa ad sese voluerit? I. Cor. IV, 5. Ebr. IV, 12. 13. Sap. VII, 24-25. X, 1. Sir. XXIV, 8.*

§. 43. Quæstio mulieris v. 20. concernit *liturgiam* Samaritanorum & Judæorum, certo loco adstrictam. Quotquot enim non prorsus athei sunt, preces facere aliquas & cultum aliquem Deo exhibere volunt. Ac apparet mulierem sæpius tacite animo fluctuasse, vel saltim nunc vacillare circa eam opinionem cultus, vere *topicam*, h. e. *localem*, adeoque nunc de loco conferre velle cum *Prophe- ta*. v. 20. * Absque dubio mulier quæstionem hanc liturgicam, in occulto cordis sui, flexit ad præsentem statum

E
vul-

vulneratae conscientiae, dubitans iam intus de vulgari illa methodo, qua lenire cor faucium quisque studet exteriorum observantia rituum, qui eo, quo quisque loco degit, recepti sunt. Respondet ** ipsi Christus: *mulier crede mihi* (tardiores enim sumus ad credenda eiusmodi capita fidei) *crede mihi, aduenire horam, quando neque in hoc monte, neque in Hierosolymis adorabitis Patrem* v. 21. lege plura Jer. II, 13. III, 16. VII, 3-14. I, 10. 18. Mich. I, 1. IV, 5. Amos. VI, 1. 8. V, 5. VIII, 7. 14. Zeph. III, 11. Mal. I, 11. Act. VII, tot. XVII, 24. XIX, 27. Rom. IX, 26. X, 12. I. Cor. I, 2. 1. Tim. II, 8. Math. XXIII, 16-24-38. 39.

* *de monte & fonte Samaritanorum copiose Lightfoot T. 1. Opp. f. 160. 346. 462. 664. T. 2. f. 66. 212. 314. 586. seq. 614. seq. 720. celeberrimusque Cellarius noster Diss. de gentis Samaritanae historia & ceremoniis, Hale conscripta. cuius iudicium de lege quadam Iustiniani in Samaritas §. 28. dignum notatu est. confer Tertull. l. 4. c. Marc. c. 35. & ex his omnibus iudica, an locum habeant applicationes illae quae extant, in I. F. Mayeri comm. ad Carpz. p. 17. De simili vero inter pseudo-Iudaos exaggeratione loci sacri sanatica, Scriptura passim testis est. Es. XLVIII, 1. 2. 18. Jer. VII, 4. 1. Reg. XX, 23. Iob. XI, 48. Act. VI, 14. XXI, 28. coll. h. l. Flacii gl. comp. Seck. l. 1. hist. Luth. f. 205. (7)*

** *Neque enim Christus mulieri huic respondet: quid tua refert, an in monte hoc vel Hierosolymis adoretur Deus? sine Doctores (Hierosolymis creatos) de tot tantisque mysteriis inter se conferre. Non tuum est, de his rebus quicquam sciscitari. haec Eyserus h. l. disp. exeg. §. 42. Hinc apparet, quam insulse & arroganter faciant, qui laicos arcant a scripturarum lectione, & earum rerum inquisitione, qua verum Dei cultum, & animae salutem respiciunt. ibid. Ex historia Rigidissimi in Belgio. notabilia h. l. recensentur in Actis Eruditorum Lipsiensibus A. 1692. p. 131. 64. Act. XVI, 13. Notatu quoque digna est H. Sauonaro-ka observatio ad Ps. 80, 7. de vicinis. Qui sunt, ait, vicini nostri, nisi tepidi, qui in exterioribus videntur esse Christi-*
ANI,

ani, intus autem non sunt veri Christiani. Quomodo ergo posuisti nos, Deus, in contradictionem tepidis? nisi quia illuminasti nos de via veritatis, & denudaimus nos eorum conscientias. Hinc ergo odium, hinc contradictio. Inimici vero fierent denique amici, & conuerterentur ad penitentiam, nisi tepidi eos impedirent. Vide supra de tepidis §. 29. De Christianis autem, proprie dictis, iterum Savonarola L. 1. de simplic. Christ. c. 1. (cum aliquo tamen appendice R. E. qui etiam latet infra §. 52)

§. 44. Vos, Samaritani, adoratis quod non nouistis. quid colatis, nescitis v. 22. coll. 2. Reg. XVII, 33-41. & Coh. IV, 17. Nullo itaque modo Christus priori humanitate approbatum iuit Samaritanismum istum, sed quæsitus reicit aperte incertam praxin ecclesiasticam, cæcam imitationem maiorum seu nostratium in lacris, fiduciam in nuda possessione & recepta consuetudine, ignorantiam incuriamve fundamentorum fidei saluificæ, factiosam detentionem veritatis in iniustitia, prout varia fortuna est, Scepticismum, Pyrrhonismum, vulgo sic dictam religionem prudentum, Naturalismum, Deismum, Neutralismum, Indifferentismum, fidem carbonariam, Syncretismum, Interimismum, Pseudo-philadelphian, Asymphonian, & quæ sunt hodie alia vocabula, irreligiosum aut negligentem animum, vel sectarium etiam factiosumque designantia. Deuter. XXXII, 17. Pl. CXIX, 113. 115. 133. 163. Sir. L, 27. 28. cum gloss. marg. Ion. I, 5. 2. Reg. XVI, 10. Joh. XVIII, 38. Gal. I, 8. 9. IV, 9. V, 8. 9. Act. XVII, 23. 1. Cor. XII, 2. Vult enim Deus adorari in veritate. v. 23. 24. adeoque & agnosci in veritate firmiter, ne in obiecto cultus erretur ex negligentia, sed certus nobis sit & cognitus ille, ad quem conuertimur. 2. Reg. V, 17. Mich. IV, 5. Rom. X, 14. 1. Thess. I, 9. 10. Jac. III, 17. Quo accedit, quod, si non curet quis, quid colat: nec curam egerit, quid a-

gat, & quam viuat vitam, imo ex profano animo oria-
tur talis securitas. Rom. I, 21. 28. Sap. XIV, 22. 27. 30. Apoc.
III, 15. seq. Macar. hom. 38. §. 5. hom. 25. §. 4.

Præf. apo-
logetica
nuper ad
iuncta tr.
Herrn-
scmidiano
de natura
& gratia. It.
disqu. de
Vera &
Falsa do-
ctrina p. 35.
sq. 48. de
pura de-
pendentia i-
pſius fidei
iustifican-
tis ibidem
p. 42. in fi-
ne.
ſupra §. 38.
Socinus c.
Franc. Da-
vidis c. 26.

Eodem ex fundamento *necessaria* etiam est studiosa
cognitio *Saluatoris mundi*. Joh. XVII, 3. Vnde Christus
hic subiicit: *nos, quid colamus, ſcimus, quippe quod ſalus ex
Iudæis eſt* v. 22. (ſalus illa *Iacobi Patris*, pro cuius gloria
dimicat Samaritana v. 12. Gen. XLIX, 18. 10.) vbi articu-
lam *in nomine* ἡ σωτηρία ipſe Schlichtingius agnoſcit
emphaticum, & ex Act. IV, 12. ipſe illuſtrat h. l. f. 35. Nam
venit *ſalus* ad ſeruandum το ἀπολωλός Luc. XIX, 9. 10.
Act. XIII, 26. & ad iram Dei auertendam Joh. III, 17. 36.
Cultum quoque ipſe cum ſuis Chriſto attribuit: vtinam
& iſti noſſent, *quis ſit, quem colunt & inuocant!* vti-
nam noſſe vellent, quomodo *ſalus ex Iudæis* deſcribatur
a Paulo: *ex ipſis Chriſtus, quantum ad carnem, qui eſt ſu-
per omnia Deus benedictus in ſecula. Amen!* Rom. IX, 5. ne
Chriſtus colatur, vt Filius, quocunque modo, ſed certo
& conſtante! Quod vero addit Schlichtingius & Wolzo-
genius, Chriſtum hic v. 22. ſemetipſum annumerare ado-
ratoribus; ſciendum, quod Chriſtus ſequitur filium ſer-
monis de vtraque natione, Iudæorum, quibus ſeſe omni-
no annumerat, & Samaritanorum; & hac connexionione di-
cit: *nos, quid colamus, ſcimus* v. 22. 9. deinde non pugnat,
Chriſtum certo reſpectu, humane nempe nature, an-
numerare ſemetipſum adoratoribus, & eſſe ſimul alio re-
ſpectu Filium Dei, Deumque benedictum in ſecula. V-
trumque Scriptura de Chriſto: *quamvis Filius exiſtens, di-
dicit tamen ex iis, que paſſus eſt, obedientiam*. Ebr. V, 8. *qui
in diebus carnis ſue precibus ac ſupplicationibus libatis ei eſt*.
v. 7. Joh. XVII, 1. ſq. §. XI, 42. XIV, 13. 14. 26.

Non abs re fuerit legere colloquium quoddam recentius,
cum Mahometano quodam ſanctulo & Bramaniſtis habi-
tum

tum de *dependentia veræ sanctitatis* a studio veræ religionis, insertum nuperrimis continuationibus des *Berichts* derer K. Dänischen missionarien in Ost-Indien p. 130. 134. 136. 162. 164. 176.

§. 45. Ad ea, quæ Schlichtingius alique commentantur circa adorationem *Patris* v. 23. 24. reponimus sequentia. (1) quid sibi velit nomen *Patris*, & *Paternitatis* in divinis, vere demum constat ex reuelatione: ne Pater adoretur ex viribus rationis naturalibus, sed *in Spiritu. nemo nouit, quis sic Pater, nisi Filius, & cui Filius voluerit reuelare* Luc. x, 22. Matth. xi, 27. xvi, 17. ergo qui nosse se Deum *Patrem* contendunt, probent ipso opere ante omnia, quod in verbo reuelato tractando, viribus & ratiociniis humanis non permittant clauum, sed ita se reipsa gerant, vt credi possit, quod ex sola reuelatione pendere velint in vnus Dei *Patris* notitia. vnde & sequitur, quod talis paternitas, quæ ex alio principio constare potest, non sit illa vera paternitas, a qua Deus proprie denominatur *Pater*. (2) confidimus admissum iri quod Deus *Pater* non ideo vocetur *Pater*, quatenus est *creator* cœli & terræ; quia tam libere creauit cœlum & terram, vt absque etiam creatione *Pater* is fuisset: neque etiam hæc paternitas per *Filius* demum reuelanda fuit, quam & agnoscunt illi, qui tamen propter eam solam pro veris adoratoribus, quales vult *Pater*, reputari non possunt. (3) concedent haud dubie, per *Patrem* h. I. intelligi *Patrem Domini nostri Iesu Christi*. concedent & illud, quod illa paternitas, qua respectu *Domini nostri Iesu Christi* Deus dicitur *Pater*, summa illa sit paternitas, qua maior nulla est, nulla verior. *flecto genua mea ad Patrem D. N. I. C. ex quo omnis paternitas in cœlis & super terra nominatur.* Ephes. iii, 14. 15. Ergo paternitas illa, respectu *Christi*, collocanda

de relatione summa inter Patrem & Filium, octo obseruationes.

(1)

(2)

(3)

est ante & supra omnem aliam paternitatem, quæ nomi-
 [4] nari possit in cælo & terra Ioh. XX, 17. 2. Cor. XI, 31. (4)
 cogitetur porro in timore Domini, quod, quia Deus Pa-
 ter *ab æterno Pater est*, non demum *in tempore* vere sum-
 mus Pater Domini Iesu factus fuerit, cum ex virgine Ma-
 ria Iesus *homo* natus est, sed summa paternitas *æterna* pa-
 ternitas est, idque realissime. concipe summum & *æter-*
num amorem in sinu diuinitatis. necesse enim est, in sinu
 diuinitatis *ab æterno* fuisse summum amorem. summus hic
 amor, citra quem diuinitas recte, vt summum bonum,
 nequit concipi, hic, inquam, amor, attendenti mihi o-
 stendit *νοινονία* in diuinitate, nobis quidem ineffabilem,
 sed eo magis assensu cordis nostri dignissimam. quippe
 quod summus & æternus amor necessario est summe *com-*
municatiuus sui. atqui magis summum nihil est, quam *diui-*
næ essentia communio intima. *Pater amat Filium*, & omnia
 ipsi ostendit, quæ ipse facit - Vt enim *Pater* vitam habet
 in semetipso: sic *dedit* & Filio vitam habere *IN semetipso*
 Joh. V, 20. 26. 18. qui ex cælo venit, supra omnes est - *Pa-*
ter amat Filium, & omnia dedit in manu eius Joh. III, 31.
 35. *Pater de Filio: hic est Filius meus ille dilectus*, Matth.
 III, 17. XVII, 5. 2. Petr. I, 17. Prov. VIII, 30. 22. 21. *ὁ υἱὸς τῆς*
ἀγάπης. Col. I, 13. ipsissimi amoris. *Filius unigenitus* (*μο-*
νογενής, *solus* talis per *solam* talem generationem) *existens*
intra sinum Patris Joh. I, 18. 14. III, 16. 18. I. Joh. IV, 9. *in-*
est Deo pietas, *est in Deo semper affectio*. *Paternitas perma-*
 (5) *net apud illum* *. (5) *Pater & Filius*, *Paternitas & Filialitas*
 sunt relata, ergo si Patris summa paternitas sese refert ad
 Filium, qui est Christus: sequitur, quod Christus sit Fi-
 lius Dei *sublimissimo filiationis gradu*. *ἰδιος* Rom. VIII, 32. Ps.
 LXXXIX, 7. 27. seq. coll. Ebr. I, 3. 5. Ergo & Pater cum
 Filio est *unum*, Ioh. X, 30. Filius & Pater *unum* sunt, (non
 nuda

nuda vnitatis consensus & voluntatis, sed vnitatis *manus*, hoc est, *potentiae*. ibid. v. 28. 29. Joh. III, 35. XIII, 3.) vnum ratione *gloriae*, quam habuit apud patrem, *antequam mundus esset*. Joh. XVII, 5. 10. 21. i. Joh. V, 7. cum Philippus diceret: Domine, ostende nobis *Patrem*, & *sufficit nobis*; simpliciter Christus respondet: *qui me vidit, vidit Patrem. ego in Patre sum, & Pater in me*. Joh. XIV, 9. 10. Tantum hinc abest, ut reuelatio & confessio talis pugnet cum doctrina de vno Deo, vel vno Deo *Patre*, ut potius veram Dei vnitatem stabiliat. si modo attendatur, quod, quo magis Deus cognoscitur incomprehensibilis, eo magis vere cognoscitur, & vice versa: quo magis Deus cognoscitur comprehensibiliter, eo minus vere cognoscitur. quod valet etiam necessario de vnitatis Dei *vera*; quam non minus oportet esse *ineffabilem*, & diuinitus reuelatam. longe minora illa sunt, quae Turcae alique de vno Deo comprehendunt ratione. Deut. VI, 1. 4. quia *vnus Pater* est, ex quo Filius *vnigenitus* est: hinc non dicimus, *plures esse*, qui sint *a nullo*, quam *vnus. nobis vnus Deus Pater*, ex quo *omnia, & nos in ipsum: vnusque Dominus I. C. per quem omnia, & nos per ipsum*. i. Cor. VIII, 6. sic Pater *fons diuinitatis* magno consensu audit in ecclesia, & ad Patrem tanquam *vnum principium*, a quo omnia, omnia merito reuocamus. confer i. Cor. III, 23. XI, 3. XV, 28. (6) hinc (6) vltius elucescit, optima ratione Christum reuocasse in nostro colloquio adorationem ad *Patrem* v. 21. 23. tanquam ad principatum originis, ut loquitur h. I. Hunnius. an. Christus studio non dixerit Samaritanæ: *Pater meus*, sed *Pater* absolute, nunc non disquirimus. verum enim vero, uti Christus v. 22. in ipso de adoratione Patris colloquio, expresse monet, notitiam solidam Saluatoris, seu *Salutis*, quae est *ex Judaeis*, requiri ad veram adorationem, nisi

ne-

nescire velimus, *quid* adoremus, obseruante id, & plura alia notatu digna conferente Cocceio h. l. f. III: ita sunt clarissima Scripturæ testimonia, quod Christus nequam hic sese ab adoratione exclusit. statim paulo post respondet Christus Joh. V, 20. 23. *Pater filium amat* (neque vero amor patitur Patris, ut ægre feratis coli Filium, sed) *omne iudicium Filio dedit, ut omnes Filium honorent, quemadmodum Patrem honorant.* (locum Joh. IX, 38. supra §. 20. 42. adduximus) 1. Cor. I, 2. Rom. X, 12. 13. Samaritani illius adorationem (Luc. XVII, 11. 16.) Christo factam, fuisse *religiosam*, vix a quoquam hætenus dubitatum meminimus. (Matth. II, 23.) Stephanus moriens inuocat: *Domine Iesu, suscipe spiritum meum.* Act. VII, 59. Ioannes vidit fluvium aquæ vitæ procedentem ex vno throno Dei Patris & Agni, cui communis est & *dulia* & *(7) latria.* Apoc. XXII, 1. 3. ** (7) quia concedunt Vnitarii Christo cultum religiosum & vere *diuinum*: possunt & hi *diuinam* in Christo *naturam*, in qua est vnum cum Patre, agnoscere, ceu *fundamentum* radicale vnicum cultus *vere diuini*, si ad verbi diuini ductum & *coherentiam* submittere velint sua omnia. Ebr. I, 3. 6. 9. Gal. IV, 8. Ef. XLII, 8. 1. seq. coll. Ex. XXIII, 21. Pf. XXIV, 8. 10. 7. II, 7. 12. *germen Davidis* vocabitur *Iehovah iustitia nostra.* Jer. XXIII, 6. 5. XXXIII, 16. 15. Joh. XIV, 9. 10. 13. XX, 28. Angelus tæderis est *Iehovah, Dominus templi* (quo templo gloriabantur Judæi v. 20.) *Iehovah*, cui competunt sacrificia Mal. *(8) III, 1. 3. 4. Zach. VI, 13. Matth. XII, 6. Ebr. III, 1. 6. (8) considerent isti, qui simplicitatem in doctrina præ nobis sequi se putant, annon longe simplicior sit nostra inuocatio Christi, vna cum Patre suo & Spiritu S., ceu vnus coniunctim Dei; quam cum animum distrahi oportet in inuocandi diuersa genera, nempe inuocandi Deum summum, & in-*

Deut. IV.
7.

& inuocandi etiam (diuersè) Deum in tempore subordi-
 natum, qui sit Christus. repetè locum Apoc. XXII, 1. 3.
de vno throno Dei & Agni, & de vno, eoque æterno, re-
gno Christi & Dei. Eph. V, 5. Apoc. XI, 15. 16. 17. XIX,
 4. 7. 16. XII, 10. 2. Tim. IV, 1. 18. 2. Thess. I, 12. Coloss. I,
 13. 16. 2. Petr. I, II. coll. 1. Petr. V, 10. considerent, annon-
 tum verius adoretur *Pater*, cum adoratur, vt *Pater*;
 quatenus habet Filium sibi congruum, & quoad naturam
 æqualem; saluo ordine, qui iater P. est, & F. considerent,
 an iustus sit metus incurrendæ (per nostrum Christi cul-
 tum) indignationis vnus Dei Patris, aut committendæ
 blasphemiæ. Joh. V, 18. 20. X, 30. 33. 36. XI, 4. XIX, 7. *Jacquélot.*
 Matth. IX, 3. 6. XXVI, 65. modo animus Deo digne ver- *du Messie*
 setur circa hæc diuina. *Luth. T. 8. Jen. G. f. 156. 154.* consi- *p. 66.*
 derent periculum, quod est, cum ob rationes *humanas*
 diuina oracula (v. gr. Joh. I, 1. seq. VIII, 58.) torquentur,
 cumque *contra* versatur quis in terminis *negatiuis. qui Fi-*
lium non honorat (quemadmodum Patrem) non honorat Pa-
trém Joh. V, 23. 2. Joh. v. 9. Pf. II, 12. 2.

* *Chrysest. serm. 62. ibidem adaitur: semper ergo Filium fuisse cre-*
das, ne Patrem semper non fuisse blasphemés sicut nunquam fuit
non Deus, ita nunquam fuit non Pater. Gennad. de eccles. dogm.
c. 1. quod non ante Deus esse cœperit, & postea Pater. August.
de temp. serm. 132.

** *Scherz. fasc. Progr. 14. p. 169. neque præiudicium Filio & Spiritui*
S. comparatur, dum ad PATRIS personam precatio ab offerente
dirigitur, cuius consummatio, dum Filii & Spiritus S. comple-
tiuntur nomen, ostendit, nullum esse in Trinitate discrimen. &c.
Fulgent. l. 2. ad Monimum. coll. Theologia Ercystadiana p. 804. sin.
Chemnit. T. 1. LL. f. 39. Zach. XIV, 9.

S. 46. *Sed venit hora, & iamiam est, quando veri ad-*
oratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate. nam & Pa-
ter tales quærit, qui adorent eum. Spiritus est Deus, & adeo

F

ado-

adorantes eum, in spiritu & veritate oportet adorare. Hæc iterum iterumque saluator vrget v. 23. 24. 1. Cor. 12, 3. contra omne & Deismi & Libertinismi genus; quia absque his *spiritualibus* conditionibus nulla est vera conuersio, nullus cultus verus. O quantum argumentum nouæ traditionis, de reali religionis exercitio, si spatium chartæ & temporis permitteret! Adoratio in spiritu & veritate, non tollit quidem externam, aut solemnem adorationem, sed requirit potius & gignit confessionem Dei publicam omnino occasione: postulat autem spiritum & veritatem, vt radicatus extirpetur fanatica * illa opinio de locis religiosis, & de opere operato. Talia enim non parum promouere solent Indifferentismum apud alios. Veri adoratores erant PP. Abraham, Isaac & Iacob; quos & Iesus tales fuisse nullo modo negat v. 23: sed in eo non consistebat Patrum religio animi, & affectus cordis, quod ad hunc vel illum fontem, in hoc vel illo territorio, ad hunc vel illum cœtum, aut scholam, habitabant corpore. In spiritu potius & veritate, corde recto & simplice, sequens vestigia diuinæ prouidentię, Abraham habitabat aliquando ad *Bersaba*. Patres reliqui similiter, sursum eleuantes corda (sub ipsis externæ vitæ circumstantiis omnibus) sine factiosa sui obtrusione, ad nomen Jehouæ, fontem cœlestem. Gen. XXI, 33. XXII, 18. 19. XXIV, 62. 63. 11. 26. 42. 48. XXV, 11. 21. XXVI, 23. 25. 28. 20. 21. XLVI, 1. 1. Reg. VIII, 27. 28. 33. 41. sq. 66. 1. Paral. IV, 10. Es. X, 20. XIX, 18-25. XLVIII, 1. sq. diuersissimi ab illis hypocritis, qui clamabant, *viuit via Bersaba!* Amos. VIII, 14. V, 5. Es. XLV, 22-25. Act. XIII, 16. 24. 26. 43. 47.

* *Apd. A. C. p. 203. 256. seq. 265. 226. in compendio est apud religiosas mentes, & errorem deponere & inuenire atque eruere veritatem. nam si ad diuinæ traditionis caput & originem reuertamur,*

mur, cessat error humanus. si canalis aqua subito deficiat, nonne ad fontem pergitur? Sc. Cyprianus apud Chemn. in Exam. C. T. f. 41. Arndtii omen quoddam de academijs Germaniæ, respectu doctrinae de Christianismo, non ignotum est ex ipsius epistola d. 28. Jan. A. 1621. ad Augustum juniorem, Ducem Brunsvicensem. Quando autem is L. 1. de V. C. c. 18. §. 2. laudat illud Augustini: summa religionis est imitari eum, quem colis, obligatio ad imitandum petitur ex obligatione ad colendum, & sic sano sensu dicit ibi complexe Arndtius: Das ist das ganze Christenthum. Eo ipsa autem, qui adorare discunt Deum in spiritu & veritate, eo, inquam, ipso agnoscunt, ab ipsis tanquam ab ipsis dependere nihil. Precibus recipiunt gratiam & benedictionem, non efficiunt ipsi. Spenerus Lauterl. T. 1. P. 2. p. 297. sq. 47. 1157. sq. P. 2. ad Arndtium p. 365. sq. 89. P. 1. p. 56. & Spicilegium nostrum historico-ecclesiasticum in libros V. T.

§. 47. Ad tam seria Salvatoris præcepta, mulier: scio, inquit, venturum proxime esse Messiam (qui Christus seu Unctus dicitur) is, cum venerit, rem omnem nobis explicabit. v. 25. Non permittit status compunctionis, de qua supra §. 40. monuimus, vt sub his latere dolosam tergiversationem censeamus, qualis est Act. XXVI, 25. Prov. XXIV, 12. Ezech. XX, 49. XXXIII, 30. Agnoscimus potius melioris notæ professionem* de Christo venturo, ipsique conuertendæ cessisse feliciter, quod inter ipsos Samaritanos seruata magno consensu fuerat traditio de Messia, qualiscunque etiam. In eo adhuc consentiebant Judæi & Samaritani, non sine insigni nutu diuinæ prouidentiae. I. Macc. XIV, 41. Nec vllus vnquam flocci pendendus eiusmodi consensus, qui superest inter partes, vel populos, quantumlibet cætera dissidentes: sed vtendum potius consensu eo est, data occasione, ad ædificationem; salua omni alia veritate cœlesti.

(§. 8 36. 37. 15 39 42. 44. 56 Act. X, 33. sq.) Neum. Th. aph. p. 729. n. 2. p. 219. n. 1. p. 713. p. 136. n. 2. p. 126. n. 3. p. 495.

n. 2 p. 511. n. 2. 525. n. 4. p. 191. n. 1 p. 190. n. 4. p. 65. n. 2. p. 101. n. 2. p. 637 500. 621. 509. (1) 238. n. 2 3. p. 69. n. 3. p. 67. (1) Antithetica quædam, quæ in margine conspiciuntur, quoad applicationem omnino requirunt examen candidum.

Etiam, quæ prius mulier nouerat ad litteram, iam inde mulieri euadunt actu salutaria & sancta. CHRISTVSE-
nim absque vltiori circuitione nunc profitetur mulieri,
Quis sit: EGO is ipse sum, qui loquor tibi v. 26. Gen. XVI, 13.
Joh. IX, 37. VIII, 25. hac vna voce, ego sum, CHRISTVS
plura mente complectitur, quam professa expresse erat
mulier v. 25. Schlichtingius c. l. cum v. 26. confert Johan.
VIII, 24. 28. 58 quæ locorum collatio peccatorem homi-
nem multa monere potest, vt sciat, quo animo Locus de
Christo tractandus sit. Attamen vel vnus ille versus 25.
(omnia nobis annuntiabit) quam latissime se extendit, rela-
tus ad explicationem ipsius Scripturæ, & ad suffragium.
Christi v. 26. gemella plane sunt, quæ valedicens dixit
CHRISTVS discipulis: hæc vobis circuitionibus quasi quibus-
dam locutus sum hætenus. Venit hora, cum non amplius per
circuitiones loquar vobis, sed cum parrhesia de Patre annun-
ciaturus vobis sum. Paracletus, Spiritus ille sacro-sanctus,
quem Pater mittet IN NOMINE MEO, ille vos docebit omnia,
& in memoriam vobis reuocabit omnia, quæ dixi vobis. de MEO
accipiet, & annuntiabit vobis. omnia, quanta habet Pater,
mea sunt: propterea dixi, quod de MEO accipiet, & annun-
ciabit vobis. Joh. XIV, 26. XVI, 14. 25. hac ratione ascen-
ditur tuto ad primum fontem officii Christi euangelici,
ne rationis nostræ instinctu, hic subsistamus infra, & satis
esse putemus, si ad summum ex Christo faciamus sum-
mum Prophetam & interpretem voluntatis paternæ: vt
multi faciunt illorum, ad quos nostras de Christo obserua-
tio-

supra §. 38
33. sq.

tiones simul direximus. Nam bene conuenit *Propheta* nostro, cum dignitate *Regis*. Verus est Melchisedech, *sacerdos & Rex*, neque initium dierum habens, nec finem uitae Ebr. VII, 1. 5. Bene conuenit officio eius *prophético* cum ea dignitate, quam habet vt *Filius Dei Unigenitus*. Deum nemo vidit unquam. *unigenitus Filius*, existens intra sinum *Patris*, ille exegetam egit. Joh. 1, 18. VI, 46. Deus, locutus olim in *Prophetis*, in ultimis hisce diebus locutus est nobis in *Filio*, quem posuit heredem omnium, per quem & fecit secula, qui existens exsplendescencia gloriae, & character hypostaseos eius, portansque omnia verbo potentiae sui ipsius, per semetipsum facta purgatione peccatorum nostrorum, sedit in *dextera maiestatis*, in *superis*. Ebr. 1, 1. 2. 3. III, 1-6. vnde ipse *Jehovah* Et. LII, 6. 7. 10: EGO IPSE LOQUENS, ECCE EGO. &c.

* *Scopus Christianorum est vitam viuere illius, in quem credunt. Arndtius in responsoriis ad Gerhardi epistolam Heldburgensem A. 1603. Vide similem consequentiam §. preced. de summa religionis. In his autem responsoriis distincte Arndtius agi vult de gradibus conuersionis & renouationis. Summum, addit, & intimum Theologiae momentum: omnem docendi & scribendi rationem conferendam, vt hominem intro conuertat ad abyssum miseriae suae, deinde ad thesaurum gratiae I. C. intimo corde fidei reponendum. Et hac quidem vltima Arndtius ad Gerbardum, de character & nota, qua tot autorum monumenta rite dignoscant, an solida sint, nec ne, in doctrina Christianismi. Sic ex fonte verae ac viuae fidei idipsum distincte deriuatur in Spen. praef. zu A. Cram. Ehrenstand der K. G.*

§. 48. Posthæc non mere casu factum, quod interea superuenerunt *discipuli* v. 27. facile enim cogitare licet, omne profundum cordis summe commotum, & tantum non obstupefactum fuisse, quando *Christus* dixit: *ego isum* v. 26. Valde profunt, sub complementum illuminationis, eiusmodi interualla, vt interea spatium quasi re-

spirandi habeat conscientia, magisque & magis radices
 agat conceptum semen verbi coeleste. v. 40.

*Spenerus in der Glaubens-Lehre: Wie ein Licht / da man es
 nur ein wenig an ein Holz hält / es zwar anfängt warm
 zu machen / aber wo es dasselbe gar anzünden solle / so muß
 man es eine weile daran halten. Eine gleiche Verwand-
 nis hat es auch mit Göttl. Wort. p. 1178. 1175. Que Spe-
 neri verba C. F. Bücherus in Luthero suo p. 91 violenter trahit,
 timidiuscule tamen, ad monstrum, quod dicitur die lange Weil
 der Wiedertäufer. Vide supra § 21. & elenchum Speneri in eos,
 qui stuporem pro pietate supponunt T. 1. funebr. p. 43. 45. 109.
 iam A. 1667.*

§. 49. De eo, quod eum cum femina loqui mirati sunt
 discipuli v. 26. censet Flacius in gloss. comp. b. l. putasse di-
 scipulos tacite, quod indignum fere sit, tantum virum
 cum muliercula, & quidem Samaritana, tam attente lo-
 qui. sic alibi infantes & Cananzam ab eo arcent, quia
 scilicet pontificalis quædam grauitas tantum virum de-
 ceret, & non ista plebeia facilitas. Nullus tamen per-
 contatus est, quid queris? aut quid loqueris cum ipsa? v.
 27. 9. Et LV, 8. 7. 1. Hiob. XXXIII, 23. sq. XXXVI, 9. sq.
 Gal. III, 28. 1. Cor. III, 21. 22. Matth. XV, 21. 23. Luc. VIII,
 2. 45. 47. VII, 39.

§. 50. Igitur mulier, relicta sua hydria, urbem petit,
 dixitque hominibus: venite, videte hominem, qui dixit mihi
 omnia, quæ feci, num hic sit Christus? v. 28. 29. credit mu-
 lier verbo, quod est v. 26. etsi aliis illa relinquit liberum
 explorare propria fide, num hic sit CHRISTUS v. 29. Ex-
 ilit quidem iam accensa fide præ gaudio, Joh. 1, 41. 45.
 14. 1. Joh. I, 4. sq. Luc. I, 17. 43. 77. Relinquit hydriam, siue
 eo animo, quod Christus v. 32. alium cibum comeden-
 dum habere se respondet, siue, vt interea haurire aquam
 & bibere possent Christi discipuli (Luc. X, 33. sq. 39. 14.

20. 21. Gen. XXIV, 18. sq.) Inter eundum vero, quos non porro credimus ab imo pectore surrexisse, medios inter plausus, suspiria ob pristinam ignorantiam, & vitam anteaactam? o quam late se diffundit recordatio *omnium*, quæ fecerat, & publica confessio v. 28. 39! En indolem serio *credentis* in eum, qui iustificat *impium*. Rom. IV, 5. Feruet iam *pius* ex fide vera affectus, *pendens* a sola *gratia*. Vltro tamen ea nunc ipsa sibi impietatis est severissima iudex, eiusque exemplo constat, quo pacto possit tale quid impetrari. Luc. VII, 29. 38. Zach. XII, 10. 14. XIII, 1. 9. Gal. V, 24. Jer. XXXI, 9. 33. Hof. III, 5. Act. III, 19. 26. XI, 18. 21. 23. XXVI, 18. 20. 1. Petr. II, 10. 25. Ef. X, 20. *Etiamsi prodest rudes assuefacere, ut quædam enumerent, ut doceri facilius possint. Si sint boni Pastores, scient, quatenus profit examinare rudes. Etenim qui orare voluerit, necessum est, ut is aliquid apportet, exponat, & nominatim perstringat, quod petit. Quod nisi fit, non dici potest precatio.* LL. *Symb.* p. 159 sq. 183. 378. 675. 510. 88. 71. 165. *repete, sis, L. B. §. 41. 40. & adiunge diss. D. Andr. Kunadi de conversione, Wittebergæ recusam A. 1701. p. 39. in fine, illamque de contritione salutari, sub nostro præsidio habitam. Sic luctam fidelis animæ designat H. Sauonarola ad Ps. 51, 8: Cur, Domine, hanc de Filio tuo notitiam, cur hanc de eo fidem tradidisti mihi? Num ut maiori afficiar dolore, videns redemptionem meam, & minime attingens eam? Absit. Sed ut intelligens mihi paratam veniam, apprehendam illam per Christi gratiam. Idem, deinde notat ad Ps. 80, 19: non saluat autem *quilibet* conceptus, sed ille saluat, qui virtute fidei, quæ per dilectionem operatur, formatus fuerit, qui prorumpit in amorem per fidem & per supernaturale donum gratiæ. De eo autem, quid *primum* sit in precibus, vide in diss. de harmonia fidei §. 51. 8. 23.*

§. 51. Obseruemus præterea, quam gratioso laboris compendio fruuntur illæ animæ, quæ scintillante in-
 tus *doni Dei* per verbum gratiæ *notitia*, prompte totas se
 inuoluunt, eidem verbo gratiæ, promissionis & euan-
 gelii; salua semper agnitione & detestatione vitæ pristinæ.
 Scio, Lutherus ait de hoc compendio, *non oportere sta-
 tim esse perfectum, sed gradatim ascendendum. Verum oportet tandem perfici, & tendere semper ad perfectum, & non stare, ac contentum esse in aliquo graduum prædictorum, sicut multi faciunt, peius peccantes propter non proficere, quam alii propter non incipere; eo quod illi superbiant de incepta iustitia. Inde denique sæpius venit, ut pessimi peccatores ac meretrices, compuncti statim ita perficiantur, ut in supremum gradum euolent, parati omnia amittere & sustinere cum gaudio. ubi alii, multis annis laborantes, nec secundum attingunt.* * Neque inuidendum est dolentibus peccatoribus saccharum illud *pænitentiae*, fides, ut dici hæc solet in cer-

Act. III, 17. to tertio. ** Diligenter vero etiam monemus, naturæ cor-
 ruptæ hic nullatenus obtrudi palpum, aut foueri opini-
 onem de sufficientia nudæ *attritionis*. Recte Danhaue-
 rus *Hodof.* 2. p. 1257. notauit, *contritionem* & fidem, licet
 in theoria plurimum differant, tamen in praxi esse con-
 iunctissima. also muß der Mensch auch in das Evange-
 lium und Gotteswerck sich begeben / und getrost folgen
 seiner Zusagung / er werde nicht lügen. so zeucht er ab
 seine alte Haut / läffet heraussen sein Licht / seinen
 Dünckel / seinen Willen &c. Luth. R. Post. W. T. f.
 116.

* T. I. *Ien.* Lat. f. 142 269. a. & ex eo in *diff. nostra de Libert. Chr.*
 §. 14. 26. 12. 40. 52. sq. Cyprianus ad Donatum, ab initio, de
 compendio gratiæ maturantis. *Matth.* XXI, 31. 32. *Hebr.* XI,
 31. *Luc.* VII, 47. 50. 29. seq. *Ier.* XXXI, 9. Confer ad huc nostram
 sub nomine *sinceri Euangelici* editam epistolam an einen
 Sächf

Sächs. Theologum §. 9. 7. 11. 25. 26. 25. 4. & de harmonia fid.
§. 9-6. 12. 14. 22

** Tander. laudante Hopfnero de iustif. p. 504. Kromayero part. 2.
Th. p. 244. ed. nov. & de apostaf. R. E. p. 194. Plura, qua ex-
pediendis animabus profunt, reperias in Speneri Gl. Lebr. p. 990.
im 2. Th. Lebens-Pl. p. 295. im 2. Th. Gl. Frost. p. 120. 333-
341. Ibidem P. 1. p. 811. Gewissens-Rüge p. 43 sq. D. Breith.
Vorrede zu dem Examen der Ordinanden item in institut. P.
2. p. 104, vbi verbis Lutberi docet, quomodo timor & fiducia, Lex
& Evangelium, peccatum & gratia, tam coniuncta sint, vt al-
terum ab altero absorbeatur. Prof. Franckius Anleitung zum
Christenthum §. 5. 10.

§. 52. Dixerat Christus mulieri v. 16. vade, voca vi-
rum tuum, & redi huc. At illa iam pœnitens nec non fi-
de perque fidem ipsam caritate * imbuta (per ipsam fi-
dem scilicet, quæ certissimus tons est totius vitæ spiri-
tualis, & anima Christianismi) vocat totam veluti ciui-
tatem v. 28. nihil respiciens iam, nihil probri & ignomi-
niæ. Luc. VII, 37. sq. totam se in Deum, in crucem, inque
regimen eius candide proiecerat, liberata iam respecti-
bus naturalibus per veritatem supernaturalem, eiusque
in fide gustum. Hoc modo vna conuersa peperit con-
versiones plurium. Luc. XXII, 32. v. 29. Pf. LI, 15. Zach.
III, 9. 10. v. III, 23. Joh. I, 42. 45. Act. IX, 20. 28. XVI, 14.
15. 34. 40. X, 2. 24. 33. 45. 48. 1. Cor. XIV, 24. 25. Apoc.
XXII, 17. Sir. LI, 35. De quibus primitiis Samaritanorum
iubila canuntur in historia nostra, petita partim a re ci-
baria v. 31-34. partim a re agraria & messoria v. 35. 38.
Post has primitias secuta est illustris illa Samaritanorum
conuersio Act. VIII, 5. 8. 25. 1. 8. Prophetica, ad quæ Chri-
stus inter iubila respexit, ad præsens institutum nostrum
adeo non pertinent. lege prophetica, si placet, de epu-
lis Ef. XXV, 6. XLIX, 2-5. 6. 24. 25. LII, 8. LIX, 19. 20. LVIII,

14. LX, 5. 1. 3. 22. LXV, 13. LXVI, 10. 14. Zach. III, 10. IX,
 17. de messe Ef. IX, 3. 2. IV, 2. XXVII, 6. LVII, 19. Jer.
 XXXI, 5. 12. 14. XV, 16. Hof. VI, 10. 11. coll. III, 4. 5. A-
 mos. IX, 13. Luc. XIII, 19. Matth. XIII, 39. Jac. V, 7. Apoc.
 XIV, 15. 14. B. Thomafius in *Hift. Spruchb.* p. 916. sq. de
 aquatione Ef. XI, 9. LXVI, 12. Zach. XIV, 7. 9. Ezech.
 XLVII, 1-5. coll. Sir. XXIV, 40. 44. & 4. Esdr. II, 37. 43.
 47. Ebr. X, 22. 13. II, 8. Apoc. X, 2. 7. Huc pertinent iu-
 bila Seraphina, *de Christo* etiam, Ef. VI, 3. 10. Joh. XII,
 41. Apoc. IV, 8. coll. V, 13.

* §. 50. 43. *Duriter & indigne quoque Tridentini: si quis dixerit, non
 esse Christianum, qui fidem sine caritate habet, anathema sit!*
*sess. 6. can. 28. Quod enim nulle abstractiones ipsos excusare
 heic possint, ostendi in diff. de harmonia fidei §. 18. 45. 56. De-
 bet Christianismus docentibus maiore in pretio esse quam ut tor-
 tuosis viis velint dictata sua defendere. simile monitum reperias in
 Responso Ienensi pro Arndtio A. 1623. d. 10 Jul.*

§. 53. In iubilo, quod v. 34. petitur a re cibaria, Chri-
 stus prouocat ad Patrem, qui *misit* eum. Quia *missione*
 nemo abutetur ad negandam Christi naturam diuinam,
 qui considerauerit e Scripturis, unde *missus* sit Christus.
 nempe *e sinu Patris*, tanquam coniunctissimus. Joh. I, 18.
 XVII, 8. 5. 3. XVI, 28. VI. 57. 46. 51. III, 17. 31. 34. VII, 29. o-
 riens *ex alto*. Luc. I, 78. 70. Mich. V, 2. Ef. XLVIII, 16. 12.
 Mal. III, 1. Ebr. III, 1. 6. I, 3. Sap. IX, 10. Gal. IV, 4. Un-
 de Christus infert ipse: *quem Pater sanctificauit, & MI-
 SIT* tali Characterem in mundum, ad eum (qui sic mit-
 titur a Patre, ut sit salus vestra, ut sit is, in quem resolu-
 vitur neruus totius religionis) *vos dicitis, blasphemias: quia
 dixi, Filius Dei sum.* Joh. X, 36.

Ex iubilo Christi messorio, & ordinata ab ipso mes-
 se gentium, v. 35-38. obseruamus itidem, Christum loqui,
 tan-

tanquam *Dominum messis*, cum ait: *ego misi vos metere* v. 38. Luc. X, 3. 2. 16. *eius* sunt messores Angeli Matth. XIII. 41. 39. cui adeo competit inuocatio. *supplicate igitur Domino messis*, (*Domino* domus Matth. X, 25. III, 12. 9. XIII, 37. 38. sq. XXVIII, 18. 19. 20. Apoc. I, 16. II, 17. II, 1. 8. 18. 23. III, 1. XIV, 14. Hof. III, 5. coll. VI, II. Joh. III, 35. 31. 25. XII, 24. 34. 41. XV, 16. 2. Cor. V, 19. Ebr. III, 4. Act. II, 39. 36. 33.

Hieronymus ad Matth. in fine, de docendis gentibus vniuersis: ordo, ut post fidem, ac baptisma, qua essent obseruanda, precipere apostoli. Nec potest fieri, ut corpus baptismi recipiat sacramentum, nisi ante anima fidei susceperit veritatem.

§. 54. Ad commendationem religionis Christianæ id profecto haud parum profecit, quod ea paucorum hominum, eorumque ignobilium, voce tradita, contradicentibus tot potentibus & sapientibus, * in tantam messem excreuit. *alii* succedebant in *aliorum labores*. v. 12. 38. 36. Ef. LI, 4-6-2. I. XLV, II. 17. 22. sq. Pf. XXII, 27-28. sq. qui *antecefferant*, non eo erant supercilio, vt nollent successores secundum vnā regulam in cœptis pergere. ** quia operariis cordi curæque erat solius Dei gloria & humilitas, propterea non temere querebantur, falcē immitti in alienam messem, si veniret pro re nata alius in eorum labores, sed ex æquo gaudebant omnes, seminans & metens v. 12. 36. 37. 38. Venerabantur admirabiles modos & periodos gubernationis ac distributionis seu dispensationis diuinæ, ordinate quidem se habentes, *independent* tamen ab operibus nostris, siue antecedentia spectentur, siue subsequenta, siue concomitantia. Legantur, quæso, & relegantur, quæ Saluator ad ipsosmet discipulos in medio iubilo dicit de prælaboratis ipsorum laboribus. v. 38. Rom. XI, 34. Sancte hinc distinguebant functiones, labori

mutuo minus parcebant, nec tamen alter alteri se obtrudebat, ne mutua fiducia, & caritas læderetur. Rom. XV, 20. 2. Cor. X, 13-16. 1. Petr. 1, 12. Tit. 1, 5. Ephes. IV, 16. Si qui alii ædificabant *stipulas* perituras, hoc est, quasdam inutiles opiniones, id alii emendabant & ita condonabant. *** Contraria sententia, fastus stolidus, & invidia τῶν ἀλλοθῶν ἐπεσικόπων non potest non negotium turbare *conuersionis* veræ tum multorum aliorum, tum propriæ, imo & absorbere tandem solatium mutui in ecclesia adiutorii. Hi enim sectarios vocant, quos poterant ac debebant habere cooperarios in ecclesiæ solatium, facientque illi vt loco Christianismi plenis velis redeat antichristianismus in ecclesiam.

* *Ex instituto id demonstratur in diff. sub Præsidio nostro habita de diuina propagatione religionis Christianæ sub cruce. Iunge Spen. Eauterkeit T. 1. P. 1 p. 31. sq. 126. sq. 153. sq. 187. sq. T. 2. p. 198. sq. Imo & nolebant apostoli ii videri, qui signa facerent ex propria virtute aut pietate. Act. 3, 12. Nec male Achasius martyr ad Martianum Præsidentem: illi, qui ex meo dicuntur pendere arbitrio, non meo nutu sed Dei præcepto reguntur.*

** *Tertullianus de vel. virg: omnia tempus expectant. aspice ipsam creaturam paulatim ad fructum promoueri. granum est primo & c. Octavius apud Minucium Felicem: quid ingrati sumus? quid nobis inuidemus, si veritas diuinitatis nostri temporis atate maturuit? fruemur bono nostro. Prudentius l. 2. c. Symmach.*

Orbe nouo nulli subigebant arua coloni

quid sibi aratra volunt? quid cura superflua rastro?

ilignis melius saturatur glandibus aluus?

Vinc. Lirinensis c. her: quodcunque in ecclesia, Dei agricultura, fide Patrum satum est, idem filiorum industria decet excolatur & obseruetur. fas est enim prisca illa cælestis philosophia dogmata, processu temporis excurentur, limentur, poliantur. Lutherus T. 2. Ten. L: nos aliorum industrias laudamus, sed & nos in partem agri dominici excolendi, non tantum vescendi gratia, vocatos

catos arbitrari debemus -- non potuerunt illi omnia, quadam & nobis relicta sunt. alioqui si satis est illos docuisse, cur non satis quoque est, bene eos vixisse? f. 173. seq. 107. ihr erndtet ikunder ein / was ich ausgefiet habe. aber & c. Luth. in I. Aurifabri praf. coll. mens. Danb. de prob. spir. p. 10. Sekend. l. 1. hist. Luth. f. 119. a (4)

*** 1. Cor. III, 12. Phil. III, 5. 16. Rom. XIV, 7-10. 2. Cor. V, 10. 11. Arndtius A. 1620. d. 23. Oct. Cellis ad D. Balth. Menzerum: Si conuersionem hominis sine medio, verbo nimirum diuino, docerem, haberent imprudentes, quod sugillarent. At vero cum per iradam, Deum esse in verbo, & per verbum operari, inque nobis per verbum habitare, per verbum nobiscum vniri, per verbum corda illuminare, consolari, suspiria excitare, igniculos deuotionis fouere, soliloquia suggerere, letitiam cordis conciliare & gustum dulcedinis vita aeterna gignere, homines harum rerum ^{ἀπειροί} ex mera ignorantia vita Spiritualis calamniari me incipiunt, & accusare de enthusiasmo. Quo ipso se produnt, quod verbi vsum & efficaciam non intelligant. De Christianismi partibus Arndtius ibidem copiose ad Menzerum. Virumque, concludens, requirit Scriptura, docuit Christus, propagarunt apostoli. Sub initium autem epistole istius Arndtius mentem suam de efficacia, non pendente a personis, breuiter testatus fuerat. Quae omnia ac singula sibi satisfecisse Menzerus in responsoriis literis profiteatur. Supra § 13. Nec indigna lectu est epistola Nic. Hunnii, quam in controuersia quadam Borussica de efficacia verbi scripsit in Liuoniam A. 1629. d. 16. Sept. qua sincere professus vir doctissimus. pureque doctrine amantissimus, quantum de cetero abhorruerit a spinosis abstractionibus. Apol. A. C. p. 146. 148. 79. 104 f. 9. 170. 499. 502.

§. 55. In conuersione ipsa Samaritanorum, v. 30. 39. 43. descripta, obseruari merentur, quod ciues a causa conuersionis instrumentali, totos se blandè conuertunt ad ipsam causam principalem I. C. vt fides ipsorum, ab ea pure dependens, evaderet diuina. 1. Cor. II, 5. 1. Thess.

* (54) *

Il. 13. Joh. V, 40. XVI, 27. Quo respectu dicuntur *multi* Samaritarum credidisse primum ob sermonem mulieris v. 39. sed deinde *multo plures* ob sermonem *ipsius* Christi v. 41. 42. idque sine contemptu * causæ instrumentalis. Nam glaciem fregerat his vile organon, & poterant hi prævio istius exemplo perrumpere eo citius. Neque mulier lædi se in eo, aut ingratos esse ciues querebatur, quod in eius testimonio nolent acquiescere ultimo. Gratulata sibi potius est, quod voti sui nunc compos fieret v. 36. quod videret *preces* conciuum oriri ex *notitia domi Dei*, vt Christus de ipsa præsumpserat. v. 10. 40. (supra §. 44.) quod videret etiam veram *fidem* eorum, tum quoad *genesim*, dum nascebatur rite inter motus conscientiae, exemplo alterius v. 39. 29. tum quoad *viuidam indolem* ex *euangelio*, quæ procul dubio durabat ** etiam, cum abscederet Christus v. 43. non faciens ibi miracula v. 41. 48. & sub hac iam ratione fidei redirent ciues rectius ad rem domesticam; quam sane non euertit sed instruit euangelium. v. 7. 2. Theff. 3, 1. 7. 11. Quod autem per duos dies ad preces fidelium Iesus ibi (ubi haud dubie ea docuit expresse, quæ insinuata leguntur supra §. 13.) commoratus est, odiosum ipsi forsan peperit nomen Samaritani. Joh. VIII, 48. confer Luc. XV, 2. IV, 25. seq. Act. X, 17. 28. XI, 3. discipulis suis *aliquando* præcepit Christus: *in urbem Samaritarum ne ingrediamini*. Matth. X, 5. At hæc in Samaria commoratio satis probat, mandati illius haudquaquam eum fuisse sensum, ac si Christus Samaritis inuidisset gratiam & salutem. *** *ΑΣΗΘΙ* autem Christianam non idem esse ac remotum ab hominum commercio vitæ genus, alibi ostendimus uberius.

* *Sicut fit ordinarius episcopus, siue priuatus homo. Melanchth. T. 3. Opp. b. l. f. 663. Flac. gloss. b. l. f. 361. n. 42. Neum. Th. apb. p. 186.*

(3) 35. (5) 68. (1. 2.) In concilio autem Tridentino sess. 23. cap. 4. odiose dicitur de Christianorum sacerdotio, quasi promiscuo & indifferente. it. sess. 14. cap. 6. & alibi.

** Luth. T. 2. Ien. L. fides, fons omnium bonorum, non sinit fieri malum, aut si sit, statim tollit & purgat. Iob. VII. 38. f. 145. & paulo ante: sumi, qui fingunt nobis generalem quandam fidem in habitu stertentem, seu mortuam potius, qua pro tempore actum credendi eliciat. quod vero tempus huic actui dabunt? arbitrantur fidem simili vicissitudine aliquando operari, aliquando quiescere. f. 144. Iob. I. 38. 39. 8, 31. Iac. I. 25. 21. 1. Petr. I. 13-17-23. 24. 25. 2, 1, 2. sq. Idipsum ex vera agnitione Christi, tanquam doni, nervose tuetur in epistola ad Duce[m] Augustum, supra §. 46, allegata; servato ordine doctrine de duabus partibus Christianismi. Item in dedicatione repetitionis apologeticæ ad Dantiscanos, in pref. ibidem, & postea ad L. 1. c. 23. 24. 34. 42. Vna cum finali syllogismo apologetico, nec non ad L. 2. 3.

*** R. Gualt. h. l. f. 65. b. idem recte iam notauerat sub initium hystoriae in se ipsis non obscura huius gratia argumenta singuli inuenient, si cogitent, qua prima illis fuerit in salutis cognitionem perveniendi occasio singuli hoc quotidie in seipsis & aliis experiuntur.

Desideria nostra de facie Christianismi secundum indolem Noui Testamenti, paucis habentur in disquis. de Vera & Falsa doctrina recte dignoscenda p. 18. 23. 46.

§. 56. Omnium maxime stupenda res est, quod de Christo, qua Salvatore mundi, pronunciant pleno ore hi quasi extranei, verbo ipsius tam breue per tempus audito hac vice fide iam renati seu quasimodogeniti: hic, quam despectus sit aliis, nobis est vere, in spiritu & veritate, agnitus Saluator mundi Christus. * ὁ Σωτὴρ κόσμου Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ. 42. 22. En caput ac genesin Christianismi! En! quatenus iustificet fides, nempe quatenus amplectitur Christum, ut Salvatorem! Omnem alium habitum ad salutem inde arcemus

cemus quam constantissime. Vide tamen etiam, quomodo se habeat fides, quæ iustificat.

Quæ Schlichtingius habet h. l. iterum f. 37. de articulis 6, ad ea confer dicta superius ad v. 22. & Scherzeri collegium anti Soc. p. 359. 494. 696. ed. nou. Cogitemus, quæso, de numero & mole omnium peccatorum totius mundi, & iudicemus ipsi in spiritu & veritate, quantum eum esse oporteat, qui sit *Saluator mundi*. (Hebr. VII. 26. 1. sq.) *Saluator mundi*, in cuius nomine Deus Pater, vult coli v. 22. in quo consistit vita æterna v. 14. Ioh. XVII, 3. I. 4. 3. *Saluator*, in oppositione ad meritum æternæ damnationis, quam deuoluit ipse. *Saluator*, respectu æternæ salutis, quam confert a se acquisitam. *Vnus pro omnibus* 2. Cor. V, 15. Rom. V, 19. 1. Tim. II, 5. 1. Cor. VIII, 6. Reputemus ipsi, quam sæpe scriptura coniungat *magnu Deum & Saluatorem* Tit. II, 10. 13. coll. Tit. III, 4. 6. 1. Tim. I, 1. IV, 10. 2. Petr. I, 1. Hof. I, 7 coll. III, 5. Ef. XLV, 21. 22. Luc. I, 46. Sir. XXIV, 34. *Græc.*

* De hoc capite *Christianismi*, per totam fere dissertationem, usque ad hunc vltimum paragraphum, egimus, tanquam de capite *Christianismi*. Vt hinc satis constare possit, quo sensu *observationibus* hisce nostris titulum dederimus de *Christianismo*, seu de *conuersione ad Christianismum*, & quidem iam A. 1696. a prima inde editione dissertationis præsentis. Idem de *Christianismo* momentum in reliquis meis scriptis obseruari poterit.

Nihilominus scripsit nuperrime adhuc Dn. D. V. E. Loeschnerus, post multa alia, sequentem in modum: *Wie man den habitum pietatis ad religionem, salutem, Christianismum &c. immer höher getrieben / also daß es das Ansehen hat / es solle alles von der pietät dependiren / und werde endlich fast von derselben absorbiret werden.* *Unschuldige Nachrichten* A. 1711. p. 892.

Statim enim, post meum meorumque Collegarum nomen

mē, dēntio grādem hanc vocem *repetit* interrogatiue, & sub
 schemate fiduciæ, ad præripiendum Lectoris animum: Siehet
 man dann nicht / daß wo der habitus *pietatis* so hoch gespannt
 wird / sie Religion, Christenthum / Gottes Wort / teine Leh-
 re / Wahrheit / Euangelium und übrige Mittel der Seligkeit
 gleichsam verschluckt? p. 89. 894. 890. 690. sq. 697. Ad eas-
 demque & similes de *dependendo* stricturas remittitur Lector ibi-
 dem p. 1043. 1060. 1062. 1063. 1092. 1107. Confer p. 1033. 1044.
 1045. 1050. 1057. 1084. 1096. 1100. 1022. 1023. Tantum operis
 pro vna hac conclusione infumitur in vno isto tomo ratio-
 num!

Vnde vero (vt maneamus in allatis verbis) de nobis pro-
 bat D. Loescherus *tantum periculum absorbendi Christianismum*?
 Inde putat hoc sequi, quia statuatur a nobis: *impium* non posse
 obtinere *verum sensum*, aut habere *formale verbi diuini*. p. 8. 3.

Eiusmodi violentam & alienam, ambiguisque ac vagis ex-
 cerptis substructam *consequentiam*, toties repetitam, quis non mi-
 retur? In hac sua tanti momenti probatione nihil ibi ex meis,
 nihil ibi ex meorum Collegarum scriptis (ceu fieri omnino o-
 portebat pro tam graui conclusione inferenda) expressit, nedum
 deduxit, vt *ipsa illa verba nostra* in iusta connexionione *conferri* pos-
 sent ad tam horridam æque ac hiantem & saltuosam *consequen-*
tiam; vt periade hinc reputetur, ac si nihil in rem præsentem
 dixisset.

Nec ad rhorabum sunt, quæ p. 690. eundem in finem mi-
 hi (disputationis de *rationis estimatione theologica* Præfidi) iterum
 obtruduntur, at absque debita *designatione* verborum, quæ *strin-*
gere debeant pro eadem sua conclusione. Legitur quidem ibi,
 quomodo *ratio carnalis VERITATEM* in mendacio *detineat*, si
 vel ipsa principia *Scriptura* adsciscere videatur. Sed quis vllum
 inde neruum desumat argumentandi ad tam extremas vsque con-
 sequentias? Annon idipsum, quod ibi inculcatur de carnali rati-
 one, tanquam *veritatis detentrice*, est pro superioritate ipsius
veritatis? Et quis non videt eo quoque loco immanem in argu-
 mentando saltum, & grandem in æquiucando, statumque quæ-
 sitionis immutando, hiatum. Quæ, quæso, *probatio*!

H

Post

Post verbum tamen verschluffen subiungit ibidem D. Loefcherus nouum sui iuris iudicium, idque rursus sub schemate *fiducia*: man sehe / ait, oben p. 708. At vero ibi etiam Lector, si euoluat paginam istam, ad quam remittit, non minus admirabitur allegata de *plexu Christi*, tanquam *Vno necessario*. Quæ quidem allegata, Senioris Facultatis nostræ optime meriti verba sunt, non mea. Non autem dubito omnia illa mea facere, vt scilicet vere habentur iusto loco & ordine apud ipsum, qui impugnatur, Auctorem nostrum; nihil metuens de diris istis consequentiis. Conferantur, quæ de eodem *Vno Necessario* innui alia occasione in *diff. de harmonia fidei* p. 29. 22. 24. 32. editionis vltimæ. Nullam certe fidem habebit excerptis istis Loefcherianis, qui Auctoris ipsius integrum textum illo loco legerit.

Es solle alles von der pietät dependiren / inquit iterum iterumque. Ego quidem iam dudum A. 1696. de *dependendo* (in respectu ad aliam antithesin) dixi sententiam, nihil adhuc de his domesticis, extreme exaggeratis, cumulatisque, imo exasperatis, consequentiis præsentiens. Vide in hac nostra dissertatione supra S. 36. 37. nec non S. II 21. 47. 52. 54.

Verbis autem, also daß es das Ansehen hat / merito adscripserim illa *Christi*: Richtet nicht nach dem Ansehen / sondern richtet ein recht Gerichte. Joh. 7, 19 24. Et quia Dn. D. Loefcherus toties, adhuc post tot apologias nostras, de *absorbendæ* Christianismi periculo loquitur, optandum, ne aliunde quam per nos *absorbeatur* Christiana religio, *verbum Dei*, doctrina pura, veritas, euangelium, salutis media.

Norunt (si hominum opus est testimonio fide digno) Lipsenses præcipue, quæ nostra iam olim cura pro ædificatione *Christianismi* fuerit in collegio Lipsiensi *philobiblico*, & quidem per simplicem tractationem *Verbi*, vt *medii*, a primo inde initio *motuum*, quos vocant, præsentium; in qua *Verbi* tractatione pergimus ante omnia in hunc vsque diem; vt nunc taceam de reliquo *audéas* nostræ ordine, qui est in omnium oculis. Qua ergo fide scribi de nobis potest, daß man Religion, Christenthum / Gottes Wort / reine Lehre / Wahrheit / Evangelium / und übrige Mittel der Seligkeit gleichsam verschluffe?

Melio-

Meliora quædam de nobis hanc in rem reperias in ipsis istis relationibus, Unschuldigen Nachrichten / A. 1702. p. 617. A. 1706. p. 105. 462. A. 1707. p. 801. A. 1708. p. 505. A. 1710. p. 544. 802. 493. At deteriora quæque aliorum nouo nunc impetu nobis associantur, quibus nos quidem non indulgemus, nedum gaudemus vnquam, sed inde potius affligimur; Deo, coram quo humiliamur etiam alienis in factis, commendantes, quod afflictis domi forisque additur hoc modo afflictio in infinitum.

De reliquis, quæ a *Timotheo Verino* (ita se nunc appellat Dn. D. *Loescherus*) mihi obijciuntur, B. C. D. suo loco & tempore. Vouemus interim, vt seruet nos omnes *Christus* in *Vno* illo *Necessario*, nec confundemur in æternum. Non patietur Filius Dei obriui, quod suum est; secernet autem ipse secernenda, nec in laborioso nostro secernendi studio defutura est ipsius misericordia, potentia & sapientia.

Propter nos quidem opus non fuisse tantis de confusione *Christianismi* querelis, norunt omnes, qui nos attente audiunt, vel scripta nostra recte inspiciunt, missis verborum captationibus, prauum suspicionis affectum arguentibus; missis etiam rebus alienis, quæ aut nos fugiunt, aut ad nos non pertinent, aut sunt supra vires nostras.

Christianismi beneficia & officia disponimus non indiligenter: cauentes tamen, quantum in nobis, ne spinosis aliorum abstractionibus vel argutiis *Christianismus* intricetur magis enerueturque (si non suffocetur penitus, aut prorsus absorbeat) quàm emaculetur & exascietur.

Media semper ponimus nos iusti *fundamenti* loco: non minus tamen docentes, quo ordine *media* sint adhibenda, applicanda, in vsum conuertenda; *de duobus* simul *legem & euangelium*, teste vel hac nostra dissertate.

In *phrasibus* etiam *ecclesiasticis* explicandis, digerendis, ad scopum aptandis somnolenti non sumus, sed solliciti, pro sua quisque mensura donorum; voces Prophetarum, *Christi* & Apostolorum tenentes pro *ἰστορίας* & norma sanorum verborum.

Quæ offensioni esse possent, studiose fugimus, quantum in nostris viribus: sed vel hoc *Verini* nouum thema probat, nodos in scirpo quæri, adeoque prorsus *impossibile* esse, vt *hac via*, quam ipse calcatur, imo præscribit aliis calcandam, tollantur vel confopiantur controuersia.


Ad *conversionem* animarum, & fluentia inde per *Christum* bona, omnino in ipsis laboribus academicis respicimus, Deoque humillimas debemus nos gratias pro publicis sigillis diuinae in nos gratiae, in media rerum & populorum omnium confusione, per conversionem animarum exantibus, simulque pio nobis militantibus.


Nec tamen propterea *pendet* veritas ipsa a nostra vel aliorum *notitia*, aut vllius *qualitate* notitiae, vel vllorum pietate hominum, sed *conuersio* fit seu *efficitur* vnice per *verbum Dei* secundum ordinem, quem is ipse in verbo suo praecripfit *Deus, & non homo*. Ordinem autem diuinum homini proponere, minime est efficaciam ipsam *suspendere* ab homine. A defectu nostro *pendet* quidem *defectus* salutis nostrae: sed ideo non sequitur, vllum *effectum* salutis nostrae pendere ipsum ab affectu pio vllius hominis. Ipse Neumannus in *theologia aphoristica*, quam laudauit Loescherus, negat *impium notitiam* theologiam, quae sit *affectiua & dilectiua*, tribuit. p. 15. sub voce *notitia affectiua* haud dubie ad phrasin theologorum de *pia affectione* respiciens. Nec tamen ideo asseritur dependentia veritatis ipsius ab affectiua illa ratione nostra: etiam omnino a parte nostra requiritur ille cognoscendi affectus, si vere sese res habere debet.


Omnium minime ad *impiorum notitiam*, vt omnes haud dubie agnoscimus, adstrinxit Deus ecclesiam, vel salutem ecclesiae, sed ad *verbum* suum SS. Misereamur potius ecclesiae Dei, diuinitatis disiectae, subque scholasticis *spinis & affectatis subtilitatibus detenta*. Misereamur communis patriae, inde quam maxime periclitantis: & rem quisque suam agat ante omnia: nec tam insolenter pergant mortales *serere inter spinas, ne ascendat leo ex threpto suo* Jer. 4. *Non enim ex spinis colligunt ficus, sed omnis arbor ex proprio fructu cognoscitur*. Luc. 6. Alia sane *populis seruandis* proponenda fuerint, vt occurramus digne iudiciis Dei appropinquantibus. Vtatur vna bonis adhuc per Dei misericordiam concessis, sub intestinis malis, & superfeminatis zizaniis, parentes tritico, *parentes gregi Christi*. Laboremus in vna vinea Domini ad latam vsque messem, tanquam conserui, ne alter sit *πλήκτης* alterius. Agnoscamus quisque culpam & defectus domus, pro gratuita causa, nec ita porro misceantur omnia, ne excidamus beneficiis *τῆς ἐνοχίας*, quousque sumus inuicem in via, καὶ τῶν μετανοίας. Possimus summo iure postulare, vt probet *Verinus* commercium causa nostrae cum causa illorum, quos ipsi rejicimus. Nobis ideo deberet ipse rationem reddere, non nos ipsi. Sed ne respuamus benigniora, vt redire liceat ad Patrem coelestem, & properare inuicem ad impetrandam per Christum veniam; nec incaute adeo (vt mitissime loquar) interurbemus opus conuersionis, quae opus est quam maxime hac aetate, ὁ καιρὸς συνεσταλμένος τοῖς λοιπῶν.


A Lectore denique hoc loco serio veniam ipse peto interpellationis meae; putans de cetero, Vindicias has data in praesens occasione nonnihil ad illustrationem argumenti tam necessariam, & ad informationem ecclesiae, pro infirmioribus saltem, conferre posse. A nemine tamen poscimus legi nostra (quae exigua sunt, fatemur) quam quatenus quis de nostris, idque publice, coram facie ecclesiae, vult iudicare, ita vt iudicium vere & sincere ex ipsis scripturae fontibus hauriat. Dependeat modo quisque a verbis *Christi*, sincere ac pie; nec erit, cur sub pia hac dependentia absorbeantur salutis media, vel confundatur aut separentur Veritas & Pietas. Quod autem toties in his notulis nostris adiunximus reliqua scripta nostra, factum intelligamus in gratiam ipsorum accusantium, vt iis recte inspectis abstineant tandem a tam leuis imputationibus; nec pergendo in damnū incurrant maius, aliosque secum disperdant inexcusabiles. Nos quidem, si qui pergant nobis insultare, & *Samaritis* aliisque nos accensere, non ideo deseremus *messem Domini*, nec claudemus ostiū, quod vel in ipso hoc iudiciorum suorum limine ipse aperuit Dominus, custos ecclesiae. Speramus tamen futuros saltem aliquos, qui meliora eligant & sibi & in solatiua ecclesiae, per & propter Dominum, qui sit benedictus in aeternum!

Scripti A. 1712, m. Nou, excurte,









Oni Prof. Langii Rechte Mittelstrasse T. i. P. i. in
hanc materiam deduxit.

§. XXIX.

set, si quis vellet statuere, vnanimitatem spi-
oque particulari coetu, certis locis, certis re-
tis doctrinae formulis, certis ritibus & cere-
præcise circumscriptam; quippe quousque
sti patet, iam vero hæc per vniuersum terra-
diffusa est, eo vsque etiam cæteris paribus fe-
tus vnitas. Fideles enim, qui de euangelio
habent eundem Christum, eundem spiritum
dem sacramenta, siue habeant easdem traditio-
sue dissimiles sparsi sunt per totum orbem LL

§. XXX.

etiam committit, si quis dicat: vnanimita-
apud illos quoque locum habere, qui quali-
ederent, Christum esse filium DEI, nobis-
vitæ pie & sancte instituendæ dedisse, quod
etur, vnionis sanctorum membrum existere
licet sanctissimo Christi sanguine, seu lytro
m conscientia nostra ab ira diuina liberari,
am Deo redire possit. Item, si quis aliquas sal-
Christianæ partes, non vero in toto complexu
e adeo oeconomiam salutis diuinam amplexus
concordiæ sic etiam membrum esse, minime
a. Momenta quædam *debetorquias* circa articulum
e reperiatis in Dn. Prætidis mei diss. de harmonia
45. 50. 51.

§. XXXI.

etiam haud leui versatur, qui pietati tantum &
ianæ studendum esse putat, vt, qui concordia
tes esse cupiant, quomodocunq; etiam se res
dendis & doctrina Christiana. Ita non minus

D talli-